














Mentagra.

Mentagra/siue tractatus excellēs de causis p̄seruatiuis/regimine/⁊ cura morbi Gallici: siue (vt Galli dicūt) Neapolitani: capita.xvij.ac recepta quinq̄/necnō varia vnguēta continens: ingenio/peritia/⁊ experiētijs artium ⁊ medicine doctoris studij Bononiēsis approbatissimi/Vuēdelini hock de Brackenau/exactissimis studio/et diligentia comportatus.

¶ Eiusdē perutilis tractatus de curandis vlceribus hunc morbū/vt plurimū consequētibus: capita.vj.complectēs.

¶ Autoris cōclusio ad illustrissimū ducatus Vuirtēbergēn. p̄cipē Vdalricū.

¶ Index contentorum in hisce tractatibus/Mentagre/et curandorum vlcerum iuxta seriem alphabeti.

1531



¶ Illustrissimo ducatus Uuirtēbergeñ. principi Udalrico/ Uuēdelinus hock de Brackenau artiū et medicine Doctor/ subiectionē humilem et debitam offert.



Onsideranti mihi illustrissime princeps cōmunē nedū patrie/ verū et totius Germanie/ addā et vniuersi ferme orbis christiani labē/ quā vulgus morbū gallicū appellat: nō potui nō cōpassiōibus affici: perire inter tot medicine professores eximios/ tā egregie geniture decus/ ac idies eo morbo hoies miserabilius cruciari: dissimulātibus illis quorū interest saltē si nō cura manuali/ ɔsilio tñ et documētis adesse. Reliquēs ergo fines Italie/ post lōgas medice artis haustas disciplinas Bononie ad doctoralē byrrhi ɔfirmationē/ ac ad praxim nō posterior ceteris eius professionis Rome probatus (qđ citra iactātiā dixeri3/ illustris. princeps) aulus su3 et ipe calamū laxās cōi bono ɔsulere: tractatu hoc breui l3/ attñ nimirū fructuoso/ pscripsi3 bñ grat3: docēdo oē3 eius morbi cām radicitus dimouēdā: et id qdē demōstratiōibus phie propter qđ certissimis/ nō ad vētū aut aure motu platis. Placuit etiā eo stilū diuertere: vt in curādis vlceribus (qđ in pmis necessariū vidimus) morē qsi chirurgicorū subiremus: ne i quopiā efferuētis mali reliqas pullulare sineremus. Hūc aūt laborē nrm illustris. magnificētie tue in pmis dedicamus legendū/ approbādū: si dignus sit. sin: priuatus pereat. Uerū speramus p tāto illū magnifi. tue placiturū: vt indignū ducas/ eundē cōmuni publico subtrahere. Uale principū decus/ doctorūqz asylum. Argentoraci ad decimū Marcij. Anno Christi. 1514.

Mentagra/siue Tractatus De morbo Gallico Uuendelini hock de Brackenau/artium & medicine Doctoris studij Bononiensis approbatissimi.

¶ Intendimus hoc Tractatu per.xvij.capita docere curam Mentagre. Et quia ipsaz vt in plurimū varia vlceruz genera sequūtur: tractatum de curandis vlceribus subnectemus.

¶ Cap.j. medicine laudē & excellētiā: vite causas naturales ac corruptibilitatē hoīs expōit



Uum om̄e animal salutem tueri conetur/ mortē perniciē qȝ deuitet: nō abs re arbitror/ mortalib⁹ medicine cognitionez apprime necessariā: quā nō immerito veteres a dijs īmortalibus fuisse expertaz sunt opinati. Diuinū nāqȝ potius ꝙ humanū videt: varias humani corporis intelligere dispositiōes. Diuina deniqȝ ipsius medici operatio: vel diuine saltē operationi ꝙ simillima. Itaqȝ artium medicina erit preclarissima: cuz homo sit altissim⁹ corpore/ rōne mixtiōis elemētorū: eo qd̄ subtilius sunt cōtexta: & in ipso eq̄litatē pōderis studiosi⁹ insequit/ Ouidio teste. Pronāqȝ cū spectent aīalia cetera terrā/ Os hoī sublime dedit: celumqȝ videre Jussit: & Laus & excelentia medicine. Ouidius.

hó temperatior

erectos ad sidera tollere vult⁹. Donauit ꝛ hoī cōplexionē tēperatiorē ꝙ in hoc mūdo foret possibile inuenire. Et ipsa de duob⁹ securitatē prebet: scꝫ putrefactiōis penitus ꝓhibitionē: ꝛ hūiditatis defensionē: ne celeriter resoluatur. Eaꝫ ob rē medicia artiū preclarissima merito appellari debet: ꝛ eruditi medici honorādi ꝛ venerādi sunt. Quid si antiquos medicos cōmemorē: Nicomachū Aristotelis patrem/ Alexādri imperatoris medicū excellētissimū? Quid Carneadē Athenieñ. medicuꝫ egregiū? Cōspice itē medici mirādū ingeniū: Hesistratus medicus illustris/ pulsu cognouit amātē. Preterea cōplurimos in vitis sanctorū canonizatos ꝛ ab ecclesia approbatos cōperio. Inter quos vide Joānem Damascenū/ Cosmū/ Damianū/ Panthaleonē/ Ursinū/ Basilicū Quid si Apollinē primū medicine repertoreꝫ cōmemorē? qui ob eius scientie celsitudinē in Deorū numerū receptus est? Bene viuere/ ac felicitatē appetūt oēs: sed hāc adipiscendi his quidē potestas/ illis quidē nō: ꝓpter fortunā quādā/ aut naturā. Unde Romani quōdā fortunā diuinū quodā numē existimabāt: qđ ꝓ libitu suo/ hoīꝫ meritis nō ꝯsideratis aliȷsbonā/ aliȷs mala largiṫ. Impiuꝫ tñ ꝛ fidei nr̄e inimicū/ principiȷs etiaꝫ philosophicis omnino cōtrariū/ ca alicui preter ꝙ prouidētie diuine ascribere: que iustis occultisqꝫ iudiciȷs secūda

Hesistrat⁹.

Medicine repertor

fortuna dea

& aduersa cōicat prout voluerit. Uiuere autē & beari/bonū extat summū. Cū ergo Peripatetici & sacre medicine Doctores cōcordent: a corde profluere vitā in totū: volūt hoc fieri nō nisi per fluxū ab eo primorꝫ instrumētorꝫ vite: cū quibus primū viuificat/tāq̄ habētib⁹ oēm vim anime. Et anima ipsa essentialiter in corde esse dicitur: virtualiter aūt in ceteris mēbris. Merito ergo cor primū dicitur oīm virtutū p̄ncipiuꝫ. Spiritus aūt exit ab vniuerso corde: sicut lumē a sole. Sicut sol est fons luminis: sic & cor spiritus. Sol est & principiū generatiōis & corruptiōis/& vniuersaliter vite per motū & emissionē ipsius viuificātis totū. viuere aūt viuētis ē forma. Et de Anima. 2. viuere viuētis est esse. & vniēs & ligās aīaꝫ corpori/calor naturalis dr̄. Aristoteles. Sicut ergo aīa nō est vita toti⁹/sed cā: ita nec potētia est vita partis/sed causa. Est ergo ꝯm hoc oīs opatio quodāmodo vita organi oīa perficientis. Uñ vita oculi est ꝯm ꝙ est oculus estvidere: auris audire: lingue aūt ꝯm qđ hmōi loqui & gustare: cordis vero spiritūvitalē corpori benigniter dare. Et omnino hoīs ꝯm qđ est homo/est intelligere. Et hoc est ꝙ Phūs ait. 2. de aīa: si alicui aliquid horꝫ insit/ipsuꝫ viuere esse dicimus: vt intellectus/sensus/mot⁹ & status ꝯm locū/& adhuc motus ꝯm alimentū. Motus & status ꝯm locū sunt operatiōes virtutis mo-

Uite ꝑ fluxus [a corde]

anime sedes. [cor]

[hoīs est intelligere]

Philosoph⁹.

tiue: motus aūt ꝑm alimētū est operatio virtu-
tis nutritiue. Similiter ergo ⁊ intellectū ⁊ sen-
sum posuit ꝓ operatiōibus/⁊ nō pro poten-
Idem. tijs. Propter ꝙ recte in primo Ethicoꝝ voca
uit somnū dimidiū vite. dormiētes em̄ nō di
cūtur viuere ꝑm operatiōes sensus ⁊ motus/
qui somno ligātur: sed ꝑm operationes vege-
tationis: que nō solū tunc nō ligantur/ſ; ma
gis vigēt. Sed ex his nō scitur nisi in cōi quid
Viuere qd sit. sit vita: queramꝰ ergo specialius. Manifestū
est: ꝙ viuere est cōtinuus actus viuētis/nullo
modo interceptus. Nā vita nō cessat nisi per
mortē: a qua nō fit reditꝰ ꝑm naturā/nisi sicut
de priuatiōe ad habituz. Animal em̄ viuit qn̄
nō vigilat/⁊ oculus qn̄ nō videt/⁊ auris quā
do nō audit/⁊ homo qn̄ non intelligit. ⁊ ideo
hoc qm̄ aīatū est. Animatū aūt ab inanimato
differt in viuendo. sicut Phūs ait. Si ergo est
aliqua anime operatio nō intercepta dū ani-
ma inest corpori/illa ꝓculdubio maxīe ⁊ pri-
cipalissime dicitur vita. vnde manifestū est/ꝙ
Philosophꝰ. hec est nutritio. Et in prīcipio secundi de aīa
ait: Dico aūt vitā per se alimētū/id est alitio-
nē. Si em̄ mors est corruptio viuētis: oportet
qꝺ vita sit generatio q̄dā. talis autē est alitio.
Unde q̄cunqꝫ alūtur/⁊ in finē veniūt quousqꝫ
pn̄t suscipere alimētū. dū vero alimētū nō su-
scipiūt: sequitur mors: que est corruptio viuē-
tis. Et possibile est/vt hoc ꝯtingat licet raro/

vita est nutritio

ex ordinata cõsumptione humidi radicalis et substantifici. et tũc moritur homo morte naturali: et viuit vsqȝ ad determinatam peryoduz. Mors vero a natura nõ intẽditur: cũ nihil sui ipsi⁹ corruptionez appetat: immo appetitus diuino et imortalitati semp intẽdit. Ex quo naturaliter vnũquodqȝ sui similis est pductiuũ: et oẽ animal mortẽ perniciẽqȝ morbi deuitet. Sed tñ omne per distare a suo principio debilitatur. libro de celo et mũdo Aristotele inquiẽte. Natura itaqȝ humana ab eo qđ antiqtus fuit iacet debilitata. nã natura ipa humana a suo pricipio multũ distat: vt puta ab Adam/ siue a Deo. Amplius humana natura debilitata est ab eo quod antiqtus existebat. vt sermões legũ et precipue Mosaice resonãt. Legimus em̃ hoies a mũdi creatione et citra pductos lõgissime vite existẽtes. sicut Geneseos libro colligitur. Verũ hec natura semper in via et corruptione. Sȝ talis est etas nũc instãs/ septima videlicet et vltima ꝺm legiferos/ a Christo citra. Vñ Apostolus. Nos sum⁹ in quos fines seculi deuenerũt. Adhuc totus hic mundus infimus senescit et corrumpitur cõtinue. Ratio: qꝛ homo cõpositus est ex quatuor elemẽtis ꝯtrarijs. inest em̃ ei dolor/ trãsmutatio et corruptio. et per cõsequẽs ꝗtũ ad secũdũ est corruptibilis. Preterea ex semine viri et menstruo mulieris generat fetus. et qꝛ ista sperma

Morte non intẽdit nã

Pho.

Nature debilitas.

Paul⁹

Fetus gñatio

ta sunt liq̄da/fluida ꝛ passibilia: per cōsequēs ꝛ corpora ex eis cōposita sunt trāsmutabilia. Unde Galenus in Tegni. Corpus humanū est trāsmutabile ꝛ alterabile. Ista aūt alteratio ꝛ trāsmutatio inest ei duplici de cā. scilicet ex parte suorū cōponētiū: ꝛ ex parte ꝯpositiōis/ siue modi cōponēdi. Et ex parte cōponentiū dupliciter. scilicet primorum vt sunt elemēta: que per cōtrarietatē sunt trāsmutabilia/ ꝛ reddūt corpꝰ trāsmutabile ex eis cōpositū. ꝛ secūdo ꝛ. vt sunt sanguis mēstruꝰ/ ꝛ spermata ſm Auicēnam li. primo. Et ſm Galenum de elemētis. Si corpꝰ humanū esset cōpositū ex vno elemēto/ nō doleret: sed q꞉ cōpositū est ex quatuor cōtrariis: quorū quodlibet determinat sibi vnā summā qualitatē. necessario hoi inest dolor/ ꝛ trāsmutatio ꝛ corruptio. Galenꝰ itē. 2. de complexionibꝰ/ ꝛ Pricceps libro primo: Nos sumus creati in fine siccitatis ꝛ humiditatis: nec ad tantā coagulationē potuerūt corpora nostra deuenire vt sunt lapides ꝛ metalla. Quare cū mūdus cōtinue senescat ꝛ corrūpatur per distare a suo principio: videamusq̄ cōtinue nouos gñari morbos: presertim horribilē illū Mētagre/ de quo nobis precipue in hoc tractatu ꝛ cura ꝛ sermo erit: igeniū nostri vires munere diuino tēdimus/ impertiēdo labores nostros biennales quibusuis bñ gratis lectoribus: quo medicine decus ꝛ splēdor enu

Gale.

Alterationis cā duplex.

Galenꝰ Auicē.

electur: ⁊ hoīs cōseruatio cautior attendatur. In hac enī re summo studio laborādū est/qua humana hec nostra vita ⁊ cōplexiōis ⁊ vnitatis imperfectione/varijs etiā ac innumerabilibus fere morborū speciebus vexatur. Sicut ⁊ nūc istis tēporibus corpus humanū egritudinibus infestatur ignotis. Ab anno quippe. 1494 quidā morbus ignotus/diuersis dolorū speciebus/in diuersis mēbrorū partibus/ pustularū variarū in magnitudine ⁊ paruitate in cute corporū hoīm nascētiū/ terribiliter gētiū multitudinē cruciat: quē Alemāi Gallicū morbū appellāt: alij autē hoīes aliarū regionū alia eidē noīa īposuerūt. De quo morbo/ac causis eius etiā doctissimi sacre medicine Doctores toto terrarū orbe hactenꝰ nihil in publicū veridice scripserūt: neq̧ curā eius scriptis inseruerūt. Studebimus ergo tractatū tradere: quo sanos a morbo gallico precauere doceas: infirmos taliter liberes/vt nūq̄ morbus reuertatur: neq̧ vt emperici faciūt/ in lecto stare cogas: nocumētū nullū in ore accidere permittas: mirabiles qui reputātur q̄ñ q̧ tales morbos mirifice sanes: ⁊ in curādo fistulas/cācrū/scabiē quācūq̧/ ⁊ oēs fere morbos melancholicos/vel ab humoribꝰ adustis pēdētibus doctus efficiaris. Neq̧ hoc a veritate alienū putes: qm̄ si bene perspexeris/ratione ⁊ auctoritate id verū esse comprehēdes.

Ousmenta gre.

Intentio auctoris.

Nec me in hoc opusculo nisi multis experientijs cōprobata/visa ꝛ practicata remedia cum Rome/tū Bononie scribere credas. Quā ob rē oro/ꝛ exoratū haberi velim piū lectorē: vt si ex laboribus nostris fructū quēpiā consequatur: nō quidē mihi/ſꝫ in primis motori ꝑmo laudē ꝛ gloriā tribuat: a quo oē datū optimū ꝛ omne donum perfectum emanat.

¶ Ca. ij. Causam ꝛ originem nominis morbi huius varias prosequitur.



Amplius sciēdū est pro declaratione nr̄i tractatus: ꝙ in qualibet sciētia cui⁹ sunt principia/cause ꝛ elemēta/intelligere ꝛ scire oportet ea que in tali sciētia tractātur ꝛ ꝯsiderātur. Nā tūc opinamur vnūquodqꝫ scire/dū principia eius/causas ꝛ elemēta per que ꝛ ex quibus est cognoscimus. Scire ergo debes ꝑ presenti speculatione: ꝙ per principiū intelligi debet cā efficiēs/que est principiū mot⁹: ꝛ per causam intelligenda est cā finalis/que est principalissima causarū: ꝛ per elemēta intelligēde sunt cause formales ꝛ materiales/que ingrediūtur rei ꝯstitutionē. Et sic hec tria se habēt quodā ordine: ita ꝙ pricipiū est cōmuni⁹ ꝙ̄ causa: ꝛ causa cōioꝛ elemēto. Pro quo intelligēdū est/differētiā esse iter ītelligere ꝛ scire nā intelligere pertinet ad simplicē apprehensionē intellectus/ſm ꝙ formatur diffinitio:

Phs ꝑ mo phisicorū.

Intelligere ꝛ scire dr̄ūt.

scire aũt pertinet ad intellectũ diuidẽtẽ ꝛ cõponẽtẽ ꝛ discurrẽtẽ de notis ad ignota. Ergo sequitur: ꝙ cognitis predictis cessat oĩs admiratio de quacũq; re. Aduertẽdũ tñ est: ꝙ nõ cõtingit nos aliquid ita perfecte scire sicut deꝰ/ aut intelligentia. de quo nemo dubitat. nã lumẽ intelligẽtie clarius est ꝛ perspicacius ꝙ̃ lumen nostri intellectus: ꝛ per cõsequẽs oĩa clarius videt. Est ꝛ attentione dignum: quod nostra cognitio incipit via sensus: intelligendũ aũt est per ea que nota sunt superius: ꝛ de cognitione ignoti deuenire ad eius cognitionẽ per admirationẽ vtiq; que in partibus philosophie pertractãtur: ꝛ sic de mirabilibus philosophie summe necessariũ est admirari: naz ꝑpter admirari Greci ꝛ Egyptij inceperunt philosophari: ex qua admiratiõe de incognito ad cognitũ deuenerũt. Sic etiã in medicia cõtingit: ꝙ per admirationẽ alicuius egritudinis nobis ignote peruenire possumꝰ ad cognitionẽ ipsius. Sicut euenit hoc tẽpore: scilicet ab anno domini. 1494. vsq; ad presentem annũ. 1514. quo morbus quidã contagiosus ꝗ Gallicus appellatur/ satis efferbuit. Iste em̃ morbꝰ multa noĩa sortitur: nã sicut gẽtes multorũ climatũ inuasit: sic diuersa noĩa eidẽ imposita sunt. Sed in veritate dicendũ est: ꝙ iste morbus nõ prouenit solum a cõtagio: ꝫ vera causa eiꝰ ꝛ magis appropriata fuit aliqua in-

Admiratio occasio phie.

Causa et origo morbi gallici.

fluētia stellarū erraticarū/que visa τ certificata stetit/τ fuit cā diuersitatis cōiūctionis planetarū/eclypsis solis τ lune. Preterea de hoc morbo/aut de cā eius efficiēte/formali ac materiali nec antiqui nec moderni certam cognitionē dederūt:nec de noīe τ quidditate ei⁹ aliqd veridice dixerūt/aut scripserūt. Verū Joānes alexandrinus cōmentator.2.epidimiarū de quibusdā morbis noīatis phimata τ exātimata dixit:ꝙ Phimata sunt a profundo carnis egrediētia τ carnē corrodētia: Exātimata vero que cutē solū ledūt. Sed in veritate i hoc morbo nūc noīato nō sunt talia τ cōsimilia signa sicut in morbo gallico:si bene dicta Joannis alexādrini scrutatus fueris. Verūtñ Plinius libro.26.ca.primo scribit de quodā morbo qui grece λιχηνε appellatur/latine aūt mētagra:qm̄ a mēto incipit:cui⁹ verba sunt hec. Sensit τ facies hoim nouos oiqꝫ euo priori incognitos nō Italie modo/verū etiā vniuerse prope Europe morbos. Tunc quoqꝫ nec totā Italiā/nec per Illyricū/Galliam/aut Hispanias magnopere vagatos/aut alibi ꝙ Rome apparuerūt:τ tāta feditate/ vt quecūqꝫ mors preferēda esset. Et de hoc quoqꝫ morbo faciēs mētionē Marcialis li.11.epidimiarū ad Bassum sic ait: Nā vlcus acre/id est morbus acerrimus.pustuleqꝫ lucētes.i.pustule plene sanie lucēt.tales sunt in hoc morbo.nec triste mētū.

Joannes alexādri.

phimata exātimata.

plinius.

Marcialis.

i.egrũ mẽtũ: q2 prius incipiũt pustule a mẽto. sordidiq3 lichenes.i.fedi: q2 iste morbus est fedissimus. Idẽ Marcialis li.j.epi. de festo/ q se interfecit ꝓpter nimiã passionẽ istius morbi/ sic ait: Indignas premeret pestis cũ tabida fauces: Inq3 ipsos vult9 serperet atra lues. id est laberet ⁊ iret atra lues.i.morb9 iste fedus ⁊ cõtagiosus. nã cõstat esse cõtagiosum. Ideo Marcialis vbi supra ait: pestis tabida.i.cõtagiosa. Ostẽdit etiã Plinius li. ⁊ ca. superi9 dictis: ꝙ iste morbus fuit in medio imperio Tiberij Claudij imperatoris. Sed ꝺm Marcialẽ ii.epi. ad Bassum/ hic morb9 peruenit ad tẽpora Domiciani imperatoris. Idẽ quoq3 Plinius in li.26.cap.4. ponit multa remedia contra hũc morbũ. Preterea verba Galeni ꝺm ꝓpriã seriẽ adducã: vnde manifestũ erit ꝙtũ ad hoc hũc qui serpsit in populũ morbũ esse elephãtiasim. In libro eniz de cholera nigra ait: Apparẽt aũt ⁊ aliter absq3 febriẽdo plurimis pustule ꝺm cutim facte ingrossatã ⁊ exiccatã/ abũdãtẽ melãcholico humore ipsuz expellẽte foras. nã ex eius genere est elephãtiasis. Itez Galenus in libro de diffinitiõibus. Elephas est passio crassa ⁊ inequalis. Itẽ in secũda parte introductorij/ anteꝙ loquatur de diuisiõe curationis que fit per pharmacũ/ in ca. de elephãtiasi ait: Cutis em̃ hac passione cõtentorũ est crassior: est ⁊ durior: siĩitudineq3 habet ad

Plini9

Gale.

Idem.

pellem elephātuz. ideo signa sumpta a causis huius morbi dicūtur quoquomō sumpta ab essentialiter inherētibus. q Galenꝰ exercuit secūdo de crisi. Cognoscitur ꝛ cū facies egritudinē rōne excuntiū. vt docuit secūdo de crisi. ꝛ rōne coloris. vt in li. de flebothomia. Inqt em. Albiores femine albiorē sanguinē coaceruāt:
Idem. nigriores vero nigriorē ꝛ melācholiorē. Rursus in. 14. terapentice: Differētibus tandē aliter tumoribus nō in colore solū/sed in differētijs que ꝑm calidū/frigidū duriciē ꝛ molliciē. Ideo si rubet quidē tumor: manifeste indicat humorē existere sanguineum. Vñ Gale. 3. Te
Gale: gni: Si ergo nō est i sanguine ex humoribꝰ aliquis vincēs magis/apostema generatur sanguineū: ꝛ est qd vocat phlegmon. Et si magis est vincēs cholera rubea supra sanguinē: generatur ex ea apostema q nominatur herisipyla. Et si est magis vincēs humor melācholicꝰ generatur apostema durū. vt sepissime cōtingit in morbo qui Mentagra appellari pōt: in quo videmꝰ apostemata durissima i tibijs/brachijs/capite ꝛ ceteris locis eoruz qui hoc morbo laborāt. Et si est magis vincēs flegma: generatur ex eo apostema molle. Et si est vincens ex eo cholera nigra/adusta/vehementis adustiōis: generatur ex ea cācer. Et si est sanguis grossus/flegmaticus/inflammatus/vehemētis adustionis: generatur apostema qd

appellatur carbo & carbunculus. & est illud qd appellatur antrax. Et secundum hoc exemplu diversificantur nature apostematu & pustularu que in cute apparent. Item & figura pustularu facit ad cause cognitione: vt Galenus in comento. 16. sexte particule aphorismorum ponit. ibi. Late pustule incipientes & ad exeuntia/apparet tales pustulas emittere aliquatulu sanie liuida no bene olente. interdu subrubea cu quada liuiditate. que oia ostendut materia talis egritudinis esse aut ipm sanguine melacholicu/ aut nigra cholera/aut crassu flegma. Et meo iudicio: est egritudo coposita ex mala coplexione frigida & humida materiali cerebri: ob qua multe materie flegmatice descedut ad iuncturas/neruos & musculos dolore in dictis locis facietes: que materia mixta est cu cholera date viam/id est ducere ad loca per que materia grossa trasire no possit. Et ex mala coplexione calida epatis & sicca materias vrente. vn quanto magis materia aduritur/tato magis ad lepre similitudine fit appropinquatio: & vlcera maligniora per corpus fiut. Hic est q aliqui pessima patiutur vlcera vix curabilia: alij aut mitiora patiutur: nonnulli aut sine vlceribus aut paucis. Quod aute huius egritudinis ca sit mala coplexio huida cerebri & frigida/no est dubiu. Na facta est Rome anatomia cuiusda qui in vita patiebatur mentagra cu dolori

Idem. Cause mentagre. Epar ca mentagre. anatomia exemplaris.

Guleñ. Idem. Liber spmatum.

bus ⁊ aliis q̄ huic morbo sunt solita cōplica-
ri: inuētaq3 fuit magna copia flegmatis visco
si in iūctura. Separatisq3 preterea cānis faciē
tibus iūcturā/exiuit maior copia flegmatis.
Nec poterat esse ros futuri nutrimēti: q2 cur
in illo/⁊ nō i alio ɔsimili? Nec ros est illo mō
coadunat⁹. Sz est aliquod irrorās membrum
nutriendū: vt colligitur primo naturaliū vir/
tutū a Galeno. Similiter ossibus ibi existēti
bus aduenit nutrimentū per ɔcauitates mu-
sculi per propria vasa silr̄ membrane seipsa
regētia. vt appellat Gale. 2. tegni. Hoc tñ eo-
dē mō quo de interioribus dicetur fortassis:
qꝺ est cā humectādi loca illa: q2 sicca. Hoc nō
negatur: attñ falsuz/qꝺ tāta humectatione in
digeat. nam cur in aliis iūcturis hoc sub tāta
quātitate nō est inuentū? Nec obstat si dicat:
qꝺ dextrū latus debet esse humidi⁹ rōne epa-
tis: q2 dextra pars matricis est calidior et sic-
cior: vt in libro de spermate ostēsum est. Sz re
deat sermo noster. Licz eñ a Marciale ⁊ Pli
nio morbus cōtingens illo tēpore appelletur
grece λιχηνε/latine autē mētagra: diuersisq3
noībus pro locorū diuersitate appelletur: in-
sequendo ipsius morbi quidditatē ac verita
tem/dignū est redire ad ea que dicta sunt su-
perius: scilicet qꝺ ex admiratione studiū phi
losophie cepit exordiū: per quā admirationē
per id qꝺ ignotū est ad noticiā perueniat. Si-
cut eñ

cut eni in singulis partibus philosophie demõstratur: eodẽ mõ in singulis medicine partibus per admirationẽ rei ignote per rem notã fiat demõstratio. Itaqꝫ ad notitiam morbi ignoti necessariũ est peruenire per ea que nobis nota sunt: vtiqꝫ per accidẽtia morbũ cõsequentia. Uerũtñ ad sciendũ nomẽ ꝛ quidditatem ipsius morbi gallici tempore isto cruciãtis / nota Auicennã prima primi ca.j. de subiectis medicine. vbi inquit: Quia sanitas ꝛ egritudo / ꝛ earũ cause plerũqꝫ sunt manifeste: plerũqꝫ occulte / que nõ sensu / neqꝫ nisi per significatiões accidentiũ cõprehẽdũtur. Sequitur ex dictꝫ pricipis: ꝙ si aliqua egritudo sit ignota ꝛ occulta: nõ põt sciri: nec cognosci demonstratione ꝑpter quid / sed demõstratiõe quia scilꝫ ex signis ꝛ effectibꝰ. Ergo cognitio egritudinis ꝛ suarũ causarũ scitur per accidentia cõia ꝛ propria / que cõferũt ad cognoscẽdũ ꝙ quid est res: vt in procmio de aĩa Aristoteles. Anic. Arist.

Sequitur itẽ ex hoc: ꝙ nõ est necessarium medico cognoscere egritudinẽ solũ iquãtũ egritudo est: qꝛ ipa nota est per sensibilẽ operationũ lesionem quã facit in corpore humano: testis Galenus ꝛ Auicẽna in pluribus locis: sꝫ debet scire essentialiter egritudinẽꝫ occultã ꝛ ignotã nobis / per accidentiũ significationes: que sunt signa medico faciẽtia verã notitiam morbi ꝛ cause eius. Ideo bene dixit Auicenna Gale. Auic. Idem.

supra: q sanitas et egritudo / et earum cause plerumque sunt manifeste / plerumque occulte: que non sensu / neque nisi per significationes accidentium comprehenduntur. Veniendum igitur est ad rem nunc concurrentis morbi et affligentis multitudinem hominum qui nobis occultus est et ignotus. Sed licitum est essentiam et quidditatem morbi per accidentium significationes / que notificant nobis essentiam et quidditatem per effectum quem inducunt cognoscere: nam hic morbus per accidentia in principio demonstratur. Sed queso dic mihi / quare in diversis regionibus diversimode vulgus hunc morbum appellet? Scire te oportet in primis: q nomina non solum morbis / immo rebus ad denotandum substantiam vel qualitatem earum imponuntur: hoc multifarie dicit Avicenna secunda primi doc. j. ca. 8. Nam aliqui nomen capiunt a causa: aliqui ab effectu. A causa etiam multis modis. Nam aliqui a causa materiali in qua: vt pleuresis: que denominationem capit a membro: vt a pleura / id est a panniculo costas tegente. Ita etiam morbus de quo iam fit sermo mentagra appellari potest: et sic de aliis. Aut a causa materiali ex qua: vt egritudo que dicitur melancholica: que nomen capit ab humore melancholico. Aliqui a forma cui assimilatur. vt elephantiasis ab elephante: et serpigo a serpendo. Et aliqui a causa formali. Et aliqui ab efficiente. Sed his pluribus modis ac aliis intermissis dico: q morbus Gallicus appellatur hac de causa.

Varietatem nominis morbi declarat. Avice.

Cur morbus gallicus

Nā Gall⁹ manu forti Italiā ingrediēs/ ⁊ ma-
xime regno Neapolitano occupato/ibidē cō
morātib⁹ Gallis hic morb⁹ detect⁹ eſt:fuitq́
ob id;ab Italis morbus Gallicus appellat⁹:
⁊ imaginati ſunt ipſuȝ Gallis connaturalem
fore. In Gallia vo: q̄r in reuerſione regis Ca-
roli cū ſuis in Galliā hic morb⁹ apparere ce- Cūr neapolitan⁹
pit: credētes eū ex Neapoli apportaſſe hāc ob
cām morbū neapolitanū vocarūt. Valentini/
Catalonij poſt lōgā librorū indagationē ipm Cur. s. Semēti.
morbū .s. Semēti vocarunt: vt in .12. li. edito a
magiſtro Frāciſco ſcriptū inuenerūt/ſimilez
morbū alias orbē inuaſiſſe. Sed iſti nō parū a
veritate deuiant: nā hic morbus de quo ſupra
fit mentio/in regno Francie ⁊ vſitatus ⁊ anti-
quatus ē. Nā ſicut lepra a ſancto Lazaro vul-
gus eū morbū ſancti Lazari vocat: hoc eodeȝ
mō Galli malū mortuū morbū ſancti Semē-
ti appellāt: eo ꝙ ei⁹ auxilio implorato ꝗ̄plu-
rimi curātur: ⁊ preſertim ſi ad eius corp⁹ per
ueniunt pedes ambulādo ⁊ elemoſynā querē-
do. Huius ſancti corp⁹ in Britānia exiſtit in
maxima veneratiōe. In vlteriori vero Hiſpa- Cur morb⁹ curialis.
nia morbū curialē vocāt: eo ꝙ curiā ſequatur.
Et dū verā huius morbi diffinitionē perqui-
rebāt/ vnuſquiſq́ diuerſa experiri conabatur
⁊ veritate nō reperta curā empericis relique
rūt. Preterea legimus Romanis ſcientiā me
dicine per aliqua tēpora fuiſſe interdictā. Et

non sine causa etiā literati (sicut istis temporibus a Doctoribus sepe videmus) ab hoc crudeli morbo fugiūt/se nihil scire ꝯfidēdo. Quare aromatarij herbaꝝ collectores/ceteriqꝫ mechanici ac vagabundi ⁊ trufatores (vt ita loquar) huius morbi veros ⁊ perfectos curatores seipsos esse profitentur: ⁊ qꝛ nihil sciūt/nihil dubitāt: credūt em̄ se oīa scire: quare mirabilia pollicētur: quos si audires: mortuos suscitare crederes. Miror cur isti ignari circa tā nobile subiectū sint tante audacie: cum paulo post spes inanis erit: nā repentina ac inspera ta mors eos intercipit. Et si quis natura iuuāte/aut deo permittente cōualuerit: vnguentorū suorū bn̄ficio curatū predicant: ⁊ nō solum laudibus/sed ⁊ muneribus affici volūt: medicine secretas artes prorsꝰ ignorātes/atqꝫ ea tā egregia ⁊ pene diuina sciētia penitꝰ abutētes.

In em periscos.

¶ Ca. iij. veritatis causaꝫ morbi huius fuisse coniūctiones planetaꝝ/eclypses solis ⁊ lune/ ⁊ aspectus eorum: causam item durabilitatis eius exponit.



Pro vera aūt noticia huiꝰ capituli attentione dignū esse ducimus: qđ hic morbus verius cepit exordium anno domini. 1483. quia eo anno mense Octobris fuerunt quatuor planete/ videlꝫ Juppiter/Mars/Sol ⁊ Mercuriꝰ in libra ī domo egritudinis: ⁊ significat

Causa vera morbi.

egritudinē ex corruptiōe sanguinis ꝛ cholere: ꝛ fuit ibi cōbustus iuppiter eodē signo: fuitq́ꝫ ibidē cōiunctio Jouis ꝛ Martis ꝛ Mercurij: ꝛ Martis ꝛ Veneris Jouis ꝛ Mercurij/ ꝛ Jouis ꝛ Veneris/ de mēse octobris die prima nouēbris. Fuit preterea bis eclypsata luna eo anno: tā in scorpione in domo egritudinis/ ꝙ in eius opposito. Fuit preterea in eodē scorpiōe in ipsa domo egritudinis cōbustus saturnus ꝛ mercurius/ cōiunctus saturnus ꝛ ven⁹: fuitq́ꝫ cōiunctus saturnus ꝛ mars in vltima nouēbris: ꝛ sic significauerūt corruptionez sanguinis ꝛ cholere/ ꝛ cōiunctiōes oīm humoruꝫ/ et abūdantiā humoris melācholici tā in viris ꝙ in mulieribus. Propterea cepit iste morb⁹ in genitalibus virorū/ precipue in principio capitis virge: ꝛ in vulua mulierū: qꝛ scorpio habet dñiū in his locis: hac rōne significauit ī dictis locis egritudinē ex illa humoꝝ corruptione ꝛ adustiōe tā sanguinis ꝙ cholere: ꝑcipue melācholie. Fuitq́ꝫ preterea vniuersalis: nō solū qꝛ libra ꝛ scorpio fuerūt infortunati ꝛ significatiōes huius egritudinis: sed qꝛ oēs planete participarūt in ea significatione in illis signis. Et sic oēs orbis partes planetis ipis subiecte fuerunt infortunate/ participātes de dicto morbo: qꝛ planete ipsi fuerūt ibidē permixti ꝛ inuicē affecti/ idest īfortunati. Nō mirū autē/ si in oībus corporis partibus hic morb⁹ Quare ī genitalib⁹ oriat.

apparuit:qm̄ planete ipsi ĩ oẽs corporis partes habent significationẽ ⁊ dominiũ/⁊ maxie in partibus melãcholicis. Et fuerũt etiã tria signa infortunata:vz taurus per cõiunctionẽ martis ⁊ lune in prima domo reuolutiõis anni:infortunata etiã venere eius dña per casum ⁊ retrogradationẽ/⁊ libra ⁊ scorpione p cõiunctiões planetarũ supradictorũ. Et ꝙꝙ etiã sine respectu loci/figure anniq; diuersificentur ſm climata permixtiões ipse diuersarũ qualitatũ planetarũ/vltra alia significata: per influentiã ⁊ proprietatẽ ipsoꝝ necessario etiã significãt supradictorũ humoꝝ corruptionẽ ⁊ adustionẽ. Que oĩa planius ⁊ diffusius ĩ tractatibus Albumasaris tractata inueniuntur. Nã Albumasar dicit:ꝙ ꝯiunctio saturni ⁊ martis significat terribiles egritudies. Causa xͦo tãte durabilitatis ipsius morbi extitisse videtur:qm̄ sequẽti anno.1484.dicta significatio fuit fortificata ex ĩfortunatis ioue ⁊ saturno ĩ eodẽ signo scorpionis: nã vterq; fuit ibi cõbustus a sole:⁊ luna venit ad oppositionẽ solis/saturni/iouis ⁊ veneris existentiũ in eodẽ signo scorpionis:⁊ ipsi saturnꝰ ⁊ iupiter ibidẽ corporaliter ꝯiuncti fuerũt:⁊ sic debuit in eo predominari humor melãcholicus/ex significatiõe solis/saturni ⁊ iouis/⁊ signi scorpionis. Tertio vero anno.1485.facta fuit coadunatio planetaꝝ.videlz saturni/iouis/mar-

Albumasar Cã durabilitatis mentagre.

tis/mercurij/ꝛ in signo sagittarij:ꝛ ibi cōiun
ctus iuppiter:ꝛ ibidē cōiunxerūt se corporali
ter saturnus ꝛ mars/saturnus ꝛ mercuri9/et
iuppiter ꝛ mercuri9:qui cū sint in sagittario
significāt corruptionē ꝛ adustionē humorꝫ/ꝛ
abūdantiā aduste cholere ꝛ melācholie.Idcir
co ipa corruptio humorū ꝛ morb9 iste debuit
magis abūdare i cholera adusta ꝛ humore me
lācholico:propter significatiōes ꝛ qualitates
ipsorꝫ planetarū/ꝛ signi sagittarij: ꝛ sic etiam
fuit significatio vniuersalis/respectu tot pla
netarū cōiunctorꝫ ꝛ affectorꝫ/id est infortuna
torū.Anno aūt.1486.idē cōfirmauit opposi-
tio martis ꝛ saturni existētiū in eodē signo sa
gittarij:ꝛ cōiunctio iouis ꝛ martis in eodē si-
gno.Itē anno.1487.iterū cōfirmauit hoc con
iunctio corporalis saturni et martis/saturni
ꝛ mercurij per sextilē/ꝛ ꝑ cōbustionē saturni
ꝛ mercurij in eodē signo sagittarij.ꝛ sic signifi
cata corꝫ se extendūt ad plures annos ſm gra
dus planetarꝫ in ipo signo.Nec mirādū est/si
nō incepit hic morb9 in Frācia/vel Neapoli:
qm̄ vt dictū est/planete hn̄t significatiōes in
toto orbe.Idcirco manifeste declarare intēdo
per quē moduꝫ ista particularis epidimia in
hoībus ꝯtingat/vel ꝯtingere possit: qui mor
bus pluribus fuit obscurus.Eā ob rē aliqua
vtilia ꝓ veritatis noticia dicā: ostēdendo cau
sam generalē hui9 morbi occulti/videlꝫ vt in

Cā generalis menta gre.

plurimũ esse a radice superiori: vtiq̃ a cõiun-
ctiõibus septẽ planetarũ in signis: vt iã dictũ
est. Et ad hoc declarandũ attẽtiõe dignũ est:
Agũt supiora i hec inferiora trip̃r. q̃d tribus modis vident corpora superiora in
hec inferiora agere seu imprimere/vel pluri-
bus corꝝ/vel oĩbus simul. Quorum vnus mo
dus est vniuersalis: alius medius: tertius par
ticularis. Uniuersalis vero modus imprimit
scilicet per lucẽ/siue ꝑ lumen/vel per motũ/
vel per influẽtiã. Et dictus morb⁹ Mẽtagre
causari põt a motu ⁊ a luce luminis supcele-
stis: cũ corpora superiora/vt dictum est/his
duob⁹ modis in hec inferiora agere pñt. Uñ
secũdo celi ⁊ mundi: Calor ⁊ lumẽ a corꝑib⁹ ce
Mod⁹ medi⁹. lestibus generãtur. Modus vero medius est
qñ per cõplexionẽ operãtur: nã quidã corꝝ di
cũtur frigidi ⁊ sicci: vt saturnus. Cõmentator
vero. 2. celi ⁊ mũdi cõtra Auicẽnã inquit: stel-
las nõ agere frigiditatẽ/⁊ qualitates similes
vnicuiq̃ elemẽtoꝝ: q̃uis sibimet ꝯtradicat in
de substãtia orbis/dicẽs. Quedã vtiq̃ calide ⁊
humide: vt iuppiter. Intelligũt aũt doctores
cõplexionẽ nõ formalẽ eis inexistẽtẽ/sed effe
ctiue: qm̃ tũc essent cõpositi ex elemẽtis cõtra
riis: per cõsequẽs ⁊ corruptibilis ꝯplexio pla
netarũ esset. Ergo hñt cõplexionẽ effectiuã tẽ
dentẽ ad caliditatẽ ⁊ humiditatẽ/vt cõplexio
humana: quã habet ex coalteratione mẽbroꝝ
principaliũ: qua ꝓportionãtur ⁊ põderantur

ad inuicē. Et sic cōplexio stellarū oīm ex dicta coalteratiōe earū ad calidū & humidū tendit. Modus vero particularis est quidā influxus stellaris vnicuiqꝫ indiuiduo ab alio ꝓpria natiuitate differēs/aut reuolutiōe eiusdē indi-tus. Ideoqꝫ oīs planeta ſm diuersitatē natiuitatis & reuolutiōis vni existit fortuna/alijs vero infortuna. Et hic quidē mod⁹ est sic singularis & appropriatus/qd̄ cōuenit vni talis effectus qui non cōuenit alteri: Sequit̄ ergo ex his dictis: qd̄ corpora superiora agūt i hec inferiora altero triū modorū/vel plurib⁹ eorū/vel oīb⁹ simul: nā per lumē in instāti/vel per motū & in tp̄e/vel per influentiā & limitato & certo tēpore operant̄. Ex his notatis/& ex sententia Doctorū antiquorū sequitur: qd̄ Mētagra potest causari ab influētia celesti: q̄ est tota ꝓprietas/siue forma speciuoca cōcessa a pͥma cā: ꝓueniēs a corporib⁹ supra celestib⁹ influxu stellari vnicuiqꝫ indiuiduo ab alio propria natiuitate fere differente: & sic est singularis & appropriatus/qd̄ cōuenit vni talis effectus & nō alteri. Et talis virt⁹ est potētia actiua speciuoca/per quā corpa hūana patiūtur corruptionē & pestē: & est potentia passiua in humoribus. Ideoqꝫ concludit Arnoldus i libello de retardāda senectute ca.8. qd̄ mortalitas brutorū nō trāsit ad hoīes: nec ecōuerso. Sed notat Gentilis dicens: q aspectu deter-

Mod⁹ pticularis

Mētagra venum.

Arnoldus.

Gētil.

minato speciuoco ꝛ appropriato correspõdet cõsignatio passiua in his inferiorib⁹ quãdoq̄ ꝑm planetas/siue loca. Et sic accidit mortalitas in vno climate/ꝛ nõ in alio: etiã in vna ciuitate vel villa/ꝛ nõ in alia: ꝛ in vna domo/et non in alia. Qñq̄ accidit ꝑm species aialiũ. vñ qñq̄ moriũtur in vna pestilẽtia hoies: quãdoq̄ boues: ꝛ sic de aliȷs. Aliquotiẽs est ꝑꝫ determinatos modos hoim in cõplexione insequẽtẽ materiã. Et sic seqtur mors in isto hoie habẽte cõplexionẽ insequetẽ materiã magis dispositã ad epidimiã per illũ aspectũ vel influxũ celestẽ ac determinatã speciẽ ꝛ proprietatẽ: cui correspõdet ꝯsignatio passiua illi⁹ hoīs/ꝛ nõ in aliȷs hoibus quib⁹ nõ est iste aspectus: vel influxus speciuocus/determinatus/proprietari⁹. Sequitur ex his dictis: ꝙ illa virt⁹ proprietaria siue forma speciuoca cõcessa a ꝓma cã ex influxu stellari ꝓueniente/a corporibus supracelestibus prouenit videlꝫ Mentagra. Itaq̄ qđ cõuenit vni indiuiduo/nõ cõuenit alteri: qꝛ aspectui determinate speciuoco ꝛ appropriato correspõdet ꝯsignatio passiua in his inferiorib⁹. Idcirco mẽtagra euenit in vno climate/ꝛ nõ in alio: ꝛ in vna ciuitate vel villa/ꝛ nõ in alia: ꝛ in vna domo/ꝛ nõ in alia: qñq̄ in vno hoie/ꝛ non in alio. Sequit̃ ex hoc dicto: ꝙ ipe dictus morbus põt prouenire in quocũq̄ hoie cuiuscũq̄ cõplexiõis fuerit: vti

Cur nõ omnes aut omnia loca inficiãtur

Oẽs inficí possẽ mentagra.

q̄ sanguineis/flegmaticis/cholericis ⁊ melā cholicis:hoc intelligēdo de ↄplexiōe insequē te formā:sed in cōplexione insequēte materiā qđ cōuenit vni indiuiduo/nō cōuenit alteri indiuiduo:rōne illius influxus ⁊ aspectus ce lestis ⁊c. Cōcludere igitur possum⁹ ex his di ctis:ꝙ illā noticiā habere poterim⁹ nō de re bus operātibus a proprietate demōstratione propter quid:sed demōstratiōe q̄ ab effectib⁹ quē inducūt:sicut null⁹ scire pōt qđ magnes attrahat ferrū/nisi experiētia visa fuerit ꝑ ap plicationē magnetis ad ferrū ī debita ꝓpin quitate ei ꝓportiōata:⁊ sic de alijs reb⁹ operā tibus a proprietate/vel a forma speciuoca. Nota.

¶ Cap.iiij.de differentia inter variolas/mor billos/⁊ mentagram:⁊ de signis pronosticis ad bonum ⁊ malū:ac de quibusdam alijs infe ctionibus cutis.



Inter variolas/mētagrā ⁊ morbil los talis sit differētia. Nā materia variolaru₃ est materia sanguinea: materia aūt mētagre est grossior ⁊ multū melancholica:materia vero morbillorū est cholerica siue sanguis choleri cus. Preterea variole generātur ex sanguine grosso magis q̄ morbilli/qui generāt ex sub tiliori ⁊icciori:sed mētagra generatur ex hu more mltū melācholico adustissimo:vt furfu res sicce ⁊ aride. Et iste pustule qn̄q₃ apparēt

Vario le men tagra. Mor billi.

in facie & in capite multe/in alijs aūt mēbris pauce:& qñq₃ multe in pectore & vētre/& pauce in capite & alijs extremitatibus. Melācholic⁹ vero sanguis propter sui grossiciē nō potens penetrare/nō trāsit nisi cū difficultate ad mē bra precipue neruosa:scilꝫ per viā deriuatiōis. Sed cū facilitate pertrāsit humor melancholicus ad mēbra neruosa nutriēda:& ibi cōgerit in porositatibus dictoꝝ mēbrorū neruosorū.

Auicenna

Signa vero demōstratiua variolarū ſm Auicēnā sunt:qđ qñ apparēt/in earū principio faciūt incurrere pruritū in mēbris:deide apparēt res sicut capita acuū i cute/& vidētur sicut mordicationes pulicū:deinde augētur donec egrediātur similes milio:deide augētur totaliter/& implētur sanie:& post cōplemētū resoluunt & arescūt. Faciunt em̄ crustā que exsiccat & cadit. Sic etiā in pricipio mētagre qñq₃ eueniunt dicta signa demōstratiua:vt pustule apparentes nō impleantur sanie: sicut in variolis:imo paruissimā hñt tales pustule virulētiā:& illa resoluit/& arescit et facit crustā:& exsiccatur & cadit. Ratio:q₂ materia ex qua generātur pustule sunt melācholice/terree & valde sicce.

Signa pronostica ad bonū

Nūc dicēdū est de signis pnosticis ad bonū:notādo vt Auicēna scribit dicēs. Si variola est velocioris apertiōis & processionis & maturatiōis:est salua. Similiter etiā si mētagra est velocis processiōis & apertiōis: pnosticat

salua:ꝛ est rõ:qꝛ si illa materia non erit tm̃ terrea/necvstissima:immo aliquãtulũ habet subtilitatẽ ꝛ porositates mẽbrorũ neruosoꝝ:erũt dilatati ꝛ aperti/ꝛ virtꝰ expulsiua poterit illã materiã melãcholicã ad cutiz expellere. Si vo apertio fuerit in tertia:bona significatio erit: ꝛ hoc verũ est/si nõ fuerint accidẽtia mala:vti ꝙ angustia/difficultas anhelitus. Et vt plurimũ mẽtagra apparet ĩ septimo die:ꝛ est bonũ signũ. Pñt etiã apparere post.9.diẽ:etiã post 14.ꝛ vicesimũ:qꝛ materia eius est imbibita in porositatibus mẽbroꝝ neruosoꝝ:ideo est difficilis exitus:propter grossiciẽ ꝛ siccitatẽ materie melãcholice. Et in expulsiõe extra ad cutim/semꝑ sequit̃ aliqualis angustia/ꝛ pauca difficultas anhelitus:sed in variolis ꝛ morbillis maxima angustia ꝛ difficultas anhelitꝰ et febris demõstratur. Mentagra vero est salua vt in plurimũ:ꝛ raro ex eis deperdit̃ aliquis. Nã appetitꝰ eoꝝ nõ est debilitatꝰ nec corruptus vt in pluribus aliis egritudinibꝰ:immo plures eoꝝ hñt appetitũ fortẽ:qꝛ ista materia melãcholica q̃ cõgesta est in orificio stomachi veniẽs a splene ad eiꝰ orificiũ quasi ꝓmulgẽdo profluit: vt dicit Auicẽna. Si aũt amplior quãtitas nõ proportionata ad os stomachi ꝓfluat:causat appetitũ caninũ:ꝛ hoc ſm maiorẽ vel minorẽ quãtitatẽ defluxꝰ. Sed ratio verior cur sit salua:qꝛ materia mẽtagre est melã

Mentagra salua.

Auicenna.

Ratio alia.

cholica terrea/que raro putrefit ꝛ corrūpit: propter ineptā dispositionē ꝛ cōtrariā putrefactioni ꝛ corruptiōi: ideo nō causatur febris putrida/cōtinua/ꝯclusa. Idcirco raro morit aliquis ex mētagra: ꝛ si ꝯtingat quēpiā mori/ erit ex mala dispositione aliorū humoꝝ existētiū in venis/habētiū facilē ꝛ aptā dispositiōez vt putrefiāt ꝛ corrūpātur. Et si ad intra venas putrefiāt/diuersas febres causabūt: si vero ad extra expellunt/pn̄t causare pustulas vel apostemata maligna ab igne persico: ꝛ ex his apostematibus ꝛ pustulis pōt sequi mors mentagre. Et que cōtinue exeūt/ꝛ nō tarde/nec difficulter/ꝛ sunt sine febre/ꝛ cū leuibus accidētibus precipue doloribꝰ/cū cōstātia virtutis ꝛ appetitus bonitate: sunt bone. Signa aūt ꝓnostica ad malū sunt: si mētagra occultatur subito ꝛ nō redeat ad exteriora: ꝛ faciat syncopī est mala valde. Ista signa in variolis ꝛ morbillis sunt signa mortis/si eis associetur malicia anhelitus/ꝛ raucedo vocis. Cū aūt videris anhelitū patiētis mentagrā frequētē/casum virtutis subito/ꝛ angustiā assiduā/ꝛ extrema infrigidantur/cū signis apostematis in diafragmate: sunt signa mortis mētagre. De speciebus etiā malis ꝛ timorosis/que plerūqꝫ interficiūt est illa: nā quaꝝ diuersificatur egressio: scilꝫ que qn̄qꝫ apparēt/ꝛ qn̄qꝫ occultātur: ꝛ ꝓpric quādo pustule sunt violacee ꝛ tenacee et

Signa menta grenia ta.

nigre/cū mortificatiōe mēbri/ꝛ cū debilitate virtutis:tūc derelinquēdꝰ est patiēs solo mortis pronostico. Sequūtur ad hec ꝛ alique alie infectiōes cutis notatu digne. Infectiōes ꝙ ppe cutis sunt morphea/albaras/pāni/lētigines/sanguis mortuꝰ/gutta rosacea/scabies/serpigo/impetigo/ꝛ malū mortuū/ꝛ cōsimilia:ꝛ oēs sunt infectiōes cutis maculose:qꝛ nō differunt iste infectiōes nisi in magnitudine: ꝛ paruitate in situ ꝛ colore/ꝛ multū ī materia Et nota:qḋ iste infectiones qñqꝫ sunt plane ꝛ nō hñt inequalitatē/nec vlcerationē. Si sunt nigre/vocātur morphea:si albe/albaras:si rubea/gutta rosacea:si magne/vocātur pāni: si parue/lentigines. Si vero nō sunt plane/sed inequales ꝛ vlcerate:vocātur scabies/serpigines ꝛ impetigines/. Tñ omnes infectiōes cutis ineqles ꝛ vlcerose sunt de summo bothor vlcerosorū/incipientesqꝫ parue/lenes/diuise in multis locis:deinde vlcerant̄ vlceribꝰ squamosis ꝛ furfurosis qñqꝫ apparētibꝰ:qñqꝫ occultis. Et que sunt fixe/dicūtur saphati:ꝛ que sunt mobiles/impetigines:qꝛ serpiētes hinc inde mouent̄. Hec dicta innuit Pricepѕ Auicenna fen.7.quarti tractatu.4.ca.9. Lege igit̄ Principē:ꝛ videbis differentiā inter istas infectiones cutis:propterea in presenti nō licet sermones prolōgare. Verūtñ Saphati est de summo bothor vlcerosorū:ꝛ habet silitudinē

Varie īfectiones cutis.

Auic.

quādā cū isto morbo nūc cōcurrente/p signa posita ab Auicēna fen.7.quarti tractatu.3.ca.

Auicē. saphati.

j.vbi inqt: Saphati quidē incipiēs ꝛ bothor parue/fixe/lenes diuise in numeratione locorū:deinde vlcerant vlceribus crustosis:ꝛ sunt ad rubedinē decliui:ꝛ qñqꝫ emittit vir⁹:ꝛ nominatur saphati humida. Et qñqꝫ incipiūt sanie fixe:ꝛ multotiēs apparēt in hyeme: ꝛ auferūtur velociter. Et cā quidē saphati est humiditas acuta corrosiua/que permiscet sanguini:ꝛ humores sunt grossi ꝛ mali:q̄re grossum fit apostema:qꝛ exiccatur subtile. Causa ei⁹ est humor melācholicus plurimus:cui permiscetur humiditas acuta:quare expellit ad cutiꝫ/

Scabi.

ꝛ corrūpit ꝛ corrodit eā. Verū tñ scabies est īfectio cutꝭ maculosa/aliquotiēs squamosa/aliquotiēs pruriginosa/aliqñ sicca/aliqñ humida:vt plurimū in exterioribus magnā parteꝫ cutis oīm mēbrorū occupās. Nec mirū:cū cu

Gale.

tis ꝑm Galenū sit membrū ordinatū ad receptionē sup̄fluitatū corporis totius. Cause scabiei sunt hūores corrupti in epate generati: q̄ cōuersi in fumositatē ꝛ vaporē/a virtute regitiua in corpis superficiē expelluntur. Vñ si vapor fuerit multū subtilis euaporat insensibiliter:si aūt nō fuerit in tāta subtilitate/ꝛ pori fuerint depressi:cōuertūtur in sudorē:si aūt fuerint grossi/generat scabies. Si corruptio augmentatur/causat prurit⁹:si pl⁹ fortificat/

generatur

generale scabies: si plus/scabies feda: sic adhuc plus/impetigo et serpigo. Sed malum mortuum est quedam species scabiei/que oritur ex melancholia naturali adusta/ex permixtione flegmatis salsi cum liuore et nigredine/et pustulis crustosis/ magnis/fedis cum sanie et erugine/et cum quadam insensibilitate/et cum turpi forma in coxis et tibijs frequentius adueniens. Idcirco quia omnes dicte infectiones contra naturam aduenientes in cute corporis humani: precipue vlcerose/et perma maxime Saphati/sunt significationes.i.signa quasi consimilia morbo nunc concurrenti: propterea aliqui medici voluerunt dicere et affirmare esse saphati: ex eo quod habet pustulas crustosas/ diuisas/in numeratione locorum. Sed in veritate alia signa habet morbus iste nunc concurrens mentagra: quia longe alia accidentia.i. signa in ipso quam in alijs infectionibus vlcerosis cutis reperiuntur. Hoc Aui. ostendit dicens. Quando egritudines et earum cause particulares sunt occulte: per sua accidentia propria et communia que sunt signa medico egritudinum et causarum earum/cognosces egritudines particulares diuidendo/numerando et complendo.

Malum mortuum.

Mentagra differre a saphati.

Auicenna.

¶ Ca.v.dat regimen preseruatiuum Mentagre.


Egimen conseruatiuum ne quis incidat mentagram nequaquam a medico est negligendum. quia iusta regulatio est vite vniuscuiusque necessaria: cum corpus nostrum sanum facile irregulatum cadat

in egritudinē.vt ipa docet experiētia.Hoc tñ nō esset/nisi corp⁹ mutabile foret.Galeno narrāte.3.tegni:Impossibile est mutabile corpus semper manere in optima cōplexiōe ꝛ cōpositione:nam tūc nihil indigeret arte cōstituēte ipsum.Qm̄ aūt immutatur/ꝛ corrūpit ꝛ cōuertitur nō seruās quā habebat a pricipio cōsistētiā:propter hoc igitur quot modis alteratur/totidē ꝛ gñā ꝑcuratiōis habebit:hoc est cōseruantiū causarū.Et alteratur corp⁹ a quibusdā ex necessitate.vt sunt aer/motus quies cibus/potus ꝛc.quorū singula si indigēti corpori adducātur/ꝛ in cōpetēti quātitate ꝛ qualitate/salubre fit:applicata vero nō in ꝯpetēti mēsura ꝛ quātitate/egrū cōstituit. Amplius notādū est pro notitia huius:ꝙ cause cōseruatiue sanitatis ille intelligēde sunt/que debite approximate corpori humano/sub eadē ꝛ cōsimili dispositione illud permanere faciūt.Solū tñ dicēdū est de causis recuperatiuis vel ꝓducētibus sanitatē:que vocātur cause preseruatiue:qꝛ faciūt corpus humanū casuꝫ ꝛ egritudinē euadere.vt supra tertio Tegni canone ꝛ cōmēto allegatis.Causa aūt preseruatiua dicti morbi duplex est prima ē recurrere ad deū gloriosuꝫ/ꝛ ad ꝟginē Mariā.Secūda cā preseruatiua itē duplex est.Nā quedā est:qō quādo quis incipit incurrere dictū morbū mētagrā/in ꝑncipio ilico succurrēdū est cū regimi

Gale.

Res ñ naturales q̄re

Cause conseruatiue sanitatis.

Cā preseruatiua mētagre bina.

ne preseruatiuo/prohibẽdo materiã malã ac qualitatẽ materie existẽtẽ in porositatib⁹ mẽbrorum neruosorum/vel in massa sanguinea: ne magis corrũpatur ⁊ aduratur: ⁊ siccitatẽ terreã suscipiat: ⁊ ne mala qualitas confirmetur: ⁊ prohibere periculũ eius impressiõis: ne ad terminũ cõfirmatiõis siccitatis ⁊ frigiditatis attingat: quia quãdo ꝯfirmata est in eis ipsa egritudo/est difficilis cure ⁊ quasi incurabilis. Uerũtñ quia cura que debet morbo inferri/debet esse cõmixta ex cura preuisiua ⁊ aliquãtulũ curatiua. vt Galen⁹ tertio Tegni: vnãquãq; causaz oportet abscindere prius: deinde venire ad eã que facta est: id est quomõ hic dictus morb⁹ fact⁹ est: scilz quomõ materia ipsius morbi in facto esse sue adustiõis fuerit: tũc eñ vti debet medic⁹ cura curatiua/⁊ aliquãtuluz ꝓuisiua. Alia cã preseruatiua est: cũ corpora hũana dispositionẽ habeãt ad incurrẽdũ mẽtagrã: siue perueniat a radice supiori/siue a radice inferiori/vel a radicib⁹ simul ꝯiũctis: in talib⁹ eñ necessarium est vti regimine preseruatiuo. Cõpletur autẽ hec preseruatio siue preuisio cum his q̃ abscindunt cãm primitiuã: scz influẽtiam superiorẽ/⁊ corporis dispositionẽ. Et hec consistit circa sex res nõ naturales/sub quibus necessario vita humana dr̃ pagẽda: q̃ sunt aer/cib⁹ ⁊ pot⁹/motus et quies/somn⁹ ⁊ vigilia/repletio ⁊ inanitio/⁊ accidentia anime.

Gale.

Preseruatiua scda.

6. res nõ naturales.

¶ Capitulum.vj.de Aere/ et eius electione.



Edicus scire debet tẽporũ diuersitatẽ/ que in vnoquoq climate commoueri solet. Per naturã eñ temporum anni stat sanitas plus q̃ per alias causas: testis est Auiẽna.2.primi: qđ etiam in libello de aere et aqua sensit/ scribẽs: Si q̃s ad statũ medicine accedere curat: necesse est pri⁹ vt anni tẽpora/ et que in eis generãtur attẽte requirat. De aere igit̃ in primis inchoãtes/ dicemus q̃ duplex existit: scz purus/ et impurus. Purus quidẽ est elemẽtũ et corpus simplex: cuius naturalis locus est vt sit supra aquã/ et sub igne: cuius natura calida est et humida. Et hũc aerẽ elemẽtalẽ apđ nos nõ habem⁹: vt ait Auicẽna prima primi. Aliũ vero aerẽ impurũ hic existẽtẽ inspiramus: nã sine aere inspirato nõ stat vita. De quo Auicẽna secunda primi doc.2.ca.9. dicit: Aer q̃ nos circũdat nõ est purus: sed est corp⁹ in sua substãtia cõmixtũ. et cetera de hui⁹ aeris dispositiõibus medicus cõsiderare debet. Nã cũ medicus tẽperãtiam aeris/ tẽporũq discordiaz prenotauerit: sciẽtia sua semp̃ erit vtilis ad sanitatis ingeniũ. In curãdis quoq egritudinibus ɔfert. Propterea Galen⁹ tertio terapẽtice.ca.5.dixit: Alias q̃dẽ materias eligere et fugere possum⁹: eã aũt materiã que cõtinet nos nõ possibile est fugere: sz necessariũ est vti ea

Auic. aer purus Impurus. Auic. Medico notãda. Gale.

que est presens: licet frigida sit in cōparatiōe spiritus īnati: vt Auicēna in.2.primi doc..c. 2.inquit: cū prohibeat spiritū ne ad igneitatē cōuertatur: ex qua ad maliciā perueniat: existēs elemētū nostrorū corporum et spirituū/ et emanatio nostris adueniēs spiritibus. Uerūtn̄ aer sua caliditate naturali/ et qn̄q3 accidētali nos resoluit: cū calidus sit: vt cōciliator differentia.14. pbat. Et Galenus quoq3 in quarto de accidēte et morbo cap.4.inquit: Aer qui vicinus est cuti dissoluit mēbra sub cute existētia: itaq3 maniuntur. Propter hoc medicus debet optimas qualitates aeris eligere in cōseruatione sanitatis/ eiusq3 preseruatiōe: et nocētes ipsius dispositiones corrigere et rectificare. Idcirco qs aer bonus sit/ et quis malus dicēdū est: vt vnusquisq3 bonū ac laudabilē a nō bono possit distinguere. Ideo Auicēna.2.pmi ca.1.dicit: Aer quidē dū est tēperatus et clarus/ neq3 substantia extrema cōplexiōi spūs cōtraria ei admiscetur: est sanitatē efficiēs: cū vero est cōtraria/ cōtrariū operatur. Ualde igitur necessariū erit nobis vt aer corrigatur: permaxie si hic morbus ab influētia superiori puenerit. Propterea et in tēpore calido sequitur ignitio et adustio in humoribus/ et citius alterabilis et receptius ab illius influētia causatiua et mouēte illā materiā mentagre. Ideo quāto plus possibile est/ minus quo poteris attrahatur aer exterior duz

Auic. Conciliator. Gale. Auic. Cōtra aerē infectū.

infectus sit: ꝛ non inspiretur ad intra corp⁹: q꜡ tūc talis influētia min⁹ cōmouebit dictā materiā in porositatibus mēbrorū neruosorū/ ꝛ etiā in venis qualitatiue existērē. Uerūtñ magis maliciosus magisq; cōmouēs est aer superior existēs: q꜡ directius aspicit hoīes stātes ꝛ loco alto expositos: ꝛ cū maiori alteratiōe medij in tales hoīes agit: nā agēs fortius agit in passū ꝓpinquū dispositū/ ꝙ in distās: vt Aristoteles de gñatione/ ꝛ Aui. in deuirib⁹ cordis ca. de hiacyntho aiūt. Et tūc debet fieri mora in domibus/ ve locis cōcauis ꝛ infimis ꝛ subterraneis: cū sit ibi aer grossior ꝛ frigidior: nā tali aere existēte grosso/ cū sit in maiori distātia/ nō habet potentiā vel virtutē illa spēs influentie ꝓprietaria penetrādi illū aerē grossuz sicut aerez subtilē. q꜡ facilius ī eo illa spēs ꝓprietaria penetrat/ ꝛ melius corp⁹ est receptiuū illius male qualitatis: vt Auicēna. 2. ꝓmi doc. 2. ca. de naturis temporū innuit. Tūc ergo ingrossandus est aer irrorādo sepe domū cū aqua/ ꝛ aceto ī eo spargēdo: ꝛ cū rosis: ꝑcipue in tpe calido. Si vō talis influētia in tpe hyemis peruenerit: etiā est necessariū vti infrigidātibus ꝛ ingrossantib⁹. Uerūtñ quia talis infectio in hoc morbo dicto plurimū accidit a cā superiori: ꝛ hoc ꝑm diuersitatē aspectuū signorū/ sub quibus cadit cōiunctio planetaꝝ ꝛ eclypses solis ꝛ lune: ita vt iste morb⁹

Aristoteles.
Auic.
Auic⁹ ingrossatio aeris.

mentagra in vna ciuitate eiusdē climatis ꝛ regionis/ꝛ nō in alia:ꝛ in vna domo eiusdē ciuitatis/ꝛ nō in alia domo:vel in vno homine illius domus:et nō in alijs eueniat:ꝑpterea si ipse morbus infecerit multitudinez hoīm:in tali loco vel ciuitate:summopere fuga est necessaria. Deniq̃ notādū est:qꝺ nō soluz materia mentagre mouetur ab influentia proprietaria stellarū:sedꝛ cōmoueri pōt a causis exterioribus:permaxime ab aere corrupto ꝛ pestilentiali:ex hac aūt cā malignatur ꝛ mouetur natura:ꝛ tūc virtus expellit illā materiā mentagre. Propterea dicit Aui.fen.1.quarti.ca.6. Et de hoc est cuiꝰ cā est res adueniens extrinsecus ebullitionē faciens occultā.i.cōmouēs occultos hūores in nobis. Pro quo nota duplicē ebullitionez. Unā que fit rei ebullientis rectificatio:sicut ebullitio musti cū fit vinū depuratū. Alia que fit rei ebullientis corruptio: vt cū ebullit vinū/ꝛ fit acetū:ꝛ ebullit sanguis per putrefactōez/ꝛ fit fex melācholica. Et has duas ebullitiōes notat Aui.in ca.de variolis ꝛ morbillis:qꝛ sanguis siue ebulliat ebullitione separatiua scilꝫ perfectiua:siue ebullitiōe corruptiua. fit aliqua sepatio. In oī em̄ ebullitione perfectiua fit separatio partis bone a mala:in ebullitione aūt corruptiua fit separatio hūidi a sicco:vnde terminꝰ putredinis est incineratio. Mentagra vero habet occultos

mentagrā ori ri lab aere corrupto.

Auicenna

ebullitio duplex.

Auicenna

Mētagre occulta.

hūores:videlꝫ materiā melācholicā adustissimā:terreā:in porositatibus membrorum neruosorum:ex dispositiōe occulta aeris:sic sepe in pluribꝰ pestilētijs cōtingit multiplicatio variolarū:aliqñ i alia dispositiōe aeris eueniūt morbilli:ꝛ aliqñ in alia dispositiōe aeris orit tertia species: scꝫ aluhumata.Et sub hac specie rōnabiliter aliqui Doctores mentagrā collocāt.Similit er eueniūt iste predicte dispositiones:id est species variolarum permaxime aluhumata in autūno/cū aer est turbidꝰ/puluerulentus ꝛ obscurus:ꝛ flat ventus meridionalis:vt inqnit Rasis.8.cōtinentis.Et ibidez dixit:Si videris autumnū vehementis caliditatis ꝛ siccitatis/ꝛ hyemē proprie nature:expecta variolas ꝛ alias species variolarū.Confirmat hoc pnceps Aui.dicēs:Euentus earū est plus in vere ꝙ̄ in hyeme: ꝛ post ver in fine autūni:ꝛ proprie qñ estas est calida ꝛ sicca:ꝛ fuerit autūnus calidus ꝛ siccus.Cōcludamus igitur:ꝙ aer in quocūqꝫ tpe āni fuerit valde calidus ꝛ siccus ꝛ precipue in regionibus calidis ꝛ siccis:ꝛ in corporibꝰ calidis ꝛ siccis:dat signa euētus morbillorum:etiam mētagre:licet rarissime eueniat:qꝛ eiꝰ materia nō mouetur nisi ab agēte forti pportiōato ipsi materie morbi mentagre.Dixi superius de aere valde calido nō dicere volo/qđ aer calidus noceat in cōseruatione a mentagra ꝛ cura eiꝰ:immo cōtinet

Rasis

Auic.

Excusat seipsum.

nos. de quo medicus magnã debet habere sollertiã. vt. 12. cõtinẽtis/ ꝛ. 11. terapentice scriptũ est. Ad calidũ quidẽ declinare debet: nã causa faciẽs hũc morbũ mentagre frigida est. Et qꝛ opꝰ est tractione ad exterius/ ne patientes infestentu ra tã seuis doloribus: ꝛ talis materia est grossa ꝛ cõpacta/ que postꝙ venerit ad extrinseca exiccatione indiget: ideo ad siccitatẽ aer tendere debet. Et cõfirmat hoc experiẽtia: nã oẽs qui tali morbo laborãt lõge deteriꝰ se hñt in hyeme ꝙ in estate. Licet in actu preseruatiuo ad temperamẽtũ aerẽ alterare debeamus/ vbi icqualis fuerit/ tm̃ quãtũ possibile est. Et tandem ad illas qualitates debet declinare aer que minꝰ sint generatiue materie facientis hanc egritudinem. Rasis. Gale. Experiẽtia.

¶ Ca. vij. de cibo ꝛ potu.



Alenus primo ad Glauconẽ dicit: Per dictã aũt nõ soluz intelligere debemus administrationez potus ꝛ cibi: verũ ꝛ debitã administrationez oĩm que sub rebus nõ naturalibus cõtinẽtur. Et ꝓpterea dicebat dietã quã viuẽdi regulã dicimꝰ/ esse medicinã/ aut medicine partẽ. Preterea licitũ est volẽti naturalẽ calorẽ ꝛ vitã cõseruare/ vt nũꝙ sine pabulo ꝛ nutrimẽto corpus reliquamus: qm̃ corpus priuatũ alimẽto nõ põt diu durare: teste Galeno p°io de elemẽtis ca. 1. sic inquiẽte: Sine Gale. Dieta quid Necessitas alimẽti. Gale.

alimento non est possibile viuere sanos/nec egros. Cuius causaz & ratione assignat Rasis 15. cotinetis ca. 1. dices qd corpora nra sunt co tinue dissolutiois ex aere circuferete & calidi tate innata que in nobis est. Indiget ergo nu-

Aui-cenna trimeto ad resistedu ei qd dissoluit. Hoc etia innuit Auicena secuda pmi doc. 2. ca. 2. vbi in quit: Nutrimeto indigetes sumus: & nostra co seruatio sanitatis est ex nutrimeto nobis con ueniete/qd equale existit &c. Hoc ide testatur

Gale. Galenus in libro de dissolutione otraria ca. 1. inquies/qp corpora hoim sunt i otinua dis- solutione: ppter calore aeris circudatis ea ex trinsecus/& calore interius existete: vnde ne- cessariu est restaurare in eis qd dissolutu est: ideo necessarius est cibus & potus. Testis est pn-

Aui-cenna ceps Auice. 13. tertij tractatu. 2. ca. 7. vbi inqt: Necessitas cibi est: vt suppleat locu eius quod resoluit. Resolutio itaqz caloris naturalis et ab extrinseco pueniens/facit refectione & nu trimenti necessitate: vt deperdita eo mo quo possibile est restaurent. Propterea dicut me dici: qd restaurata nuqz ad quatitatez/nec ad perfectione dissolutoru attingut: qd ut ita sit

Gale. patet per Galenu in primo de regimine sani tatis dicente: Si possemus tale aliquid intro ducere qd simile esset effluenti/hoc sanissimu & optimu esset: sz hoc impossibile est: qr id qd defluit ab vnoquoqz mebro/tale naqz est qua

le ipsuz membrū a quo defluit/a quo sumpsit fundamētuz. Auicēna itē prima primi doc.3. ca. de etatib⁹ dicit: Amplius si hec virtus .s. nutritiua infinita foret: semp permutationē in corpore faceret eius qđ dissoluitur. Sed vidēm⁹: ꝙ cibaria optima comedētes/ ꝛ ea perfectissime digerētes/ de necessitate mori hñt nā si possibile esset semper custodire humidā cōplexionē corporis immortales essemus: vt primo ꝛ sexto de regimine sanitatis Galenus innuit: sed qꝛ naturalē viā cā scꝫ que ad desiccādū fugere nō est possibile: ꝓpterea senescere necessariū est nobis ꝛ corrūpi. Et ꝙuis rectificatio cibi ꝛ potus quātūcūqꝫ optima nō facit nos a morte liberos ꝛ securos. Cum sint naturales corruptiōes due/ quas nullū generatū corp⁹ effugere pōt. Una: qđ semꝑ corpa nr̄a magis desiccātur. Altera: qđ semꝑ vniuersa substātia nr̄a fluit ob innatū nobis calorē. Ad defensionē harū duarū corruptionū naturaliū ꝛ ne humiditas cito resoluaꝛ in ipsi⁹ quidem fortitudine cōsistit: vt ipm corpus vsqꝫ ad debituz tēpus ꝑmanere faciat: puta determinatā peryodū. Et hoc quidem fit per regimē rectū restauratiōis cibi ꝛ potus: que fit loco eius qđ resoluitur. Si igitur hec duo medicus fecerit: scꝫ qđ putreficri non permittat: ꝛ ꝓhibeat ne cito humiditas prima resoluaꝛ diu sanos viuere faciet oēs q̄ vsi fuerint tali

Auicē.

Gale.

Corruptiōes naturales.2.

Refe-ctiōis vtili-tas. restauratiōe. Et ꝙ grādis sit refectionis vtilitas nota: qḋ corp⁹ a siccitate festina preseruat: que siccitas intātū est corporibus nr̄is inimica atqꝫ ꝯtraria/ vt incessanter augēdo ꝓcedat
Auic. donec nos perimat. Teste Auicēna vbi supra dicente: O ꝙ grādis erit refectionis cōmoditas: cū humanū corpus lōgeuū ⁊ sanū esse faciat toto suaꝝ etatū discursu ⁊c. Ex his sequitᷣ cōclusio: qḋ magna est debite ac ordinate refectionis vtilitas. Quas aūt habeat cōditiones queve debita siue ordiata dieta dici mereatᷣ/ medici iudicio relinquamus: qui qḋ vnicuiqꝫ cōueniens erit iubebit offerre ꝓut regio/ natura/ tp̄s/ cōsuetudo/ etas ⁊ hmōi expetere vi debūtur: nā opꝫ vt medicus sit prudēs: vt suo
Auic. iudicio estimatiuo ṽitati adhereat. Preterea pńceps. 3. p̄mi doc. 2. ca. 7. ait: Oportet vt sanitatis ꝯseruatos studeat/ ne cibi ipsius substātia sit aliq̄d nutriētiū medicinaliū. Preterea nō sunt cibaria mala ⁊ illaudabilis substātie comedēda: q̄ merito ab oibus volētibus sanitatē ꝯseruare derelinquēda sunt: permaxime in preseruatiōe ⁊ cura morbi mētagre. Si ṽo bone fuerit substātie ⁊ laudabilis chimi: erūt eligēda. Cōcludendū em̄ est circa bonitatē ciborū ⁊ potuū: nā si bonitas substantie neglecta fuerit: nō solū inutilis/ sed ⁊ ꝑniciosa erit.
Natura cibi mali. Malicia em̄ ciborū hāc solita est habere naturā: vt ꝙuis ꝑ aliquod spaciū sua celet occulta

nocumēta/possea tñ ea manifestissime osten dat:experiētiā in pauperibus videmus.Hoc innuit Auicēna in tertia primi doc.2.ca.7.dicēs:ille in quo mala digerūtur nutrimēta ob hoc non decipiatur:qm̄ post dies in ipso mali gnabuntur humores egritudines faciētes/& necātes.Propterea Galenus i libro de dissolutiōe cōtinua dicit:Oia cibaria que nō tēperata sūt/nō generāt sanguinē purū/ mūdū & clarū.Et cibariorū mali chimi tres sunt spēs. Earū em̄ sunt que addūt cholerā:& earū sunt que addūt flegma:& earū que addūt choleraʒ nigrā.Opʒ ergo oēm hoiem dimittere multitudinē corū & cōtinuationē assumptiōis ipsorū:q2 & si nō inferāt nocumētū/cito tñ i lōgo tēpore chimi tales generāt egritudīes malas. Drusianus.2.tegni cōtrariat huic/dicens.Et manifestū per hoc/qđ cholera nō est in natura ciborū:sicut aliqui voluerūt:sed est in natura efficiētis.Si em̄ haberet naturā cibi:tūc in oī corpore ex eodē cibo fieret paris nature humor:qđ falsum esse videtur:q2 ex melle i iuuene mltū fit de substātia cholerica i sanguine: in sene aūt vt sanguis equalis.Sed Galenus dicit in primo li.de naturalib9 virtutib9: Nihilomin9 tñ oē agēs agit ꝑm exigentiā materie:& fiet per hoc ex calidis cibis pl9 de cholera/minus de flegmate:ex frigidis vero ecōuerso.Ex tēperatis aūt sanguis equalis genē

Auicenna

Gale.

Cibariorum mali chimi. 3. species.

Drusianus

Galen

ratur q̄tū ex aptitudine materie:ꝑpter qđ ex
calidis cibis in corporibus calidis fit multū
de cholera:sed in frigidis fit sanguis equalis.
⁊ siliter ex frigidis i corporib⁹ frigidis fit mul
tuz de flegmate:⁊ in calidis sanguis equalis.
A q̄b⁹ cibis sit abstinendum.
Ab his em̄ cibis ⁊ potibus generātibus cho-
leram nigrā preseruare debemus corpora di-
sposita ad incurrēduz morbū mentagre per-
maxime illo iam infecta:vt sunt caro pecudis
ouis/et caro capre/caro hyrci/⁊ bouis/et car
nes cuiuscūq; animalis melācholici ⁊ hmōi.
Qua etiā dura ⁊ frixa:⁊ caseus antiqu⁹:⁊ fun
gi:⁊ oia legumina:sicut lentes/miliū.Siliter
oēs pisces saliti:⁊ oēs fructus recētes:vt fic⁹/
cerasa ⁊ silia:nā si in multa quātitate frequen
ter comedant/multitudo chimi mali ⁊ super
fluitatū ex eis generat/⁊ paucitas nutrimēti.
Et a cepis/⁊ alliis/rapis/raphanis/pastina
cis/caulibus ⁊ his similib⁹/ab corūq; frequē
ti vsu abstineat in preseruatiōe ⁊ curatiōe hu
ius morbi mētagre. ¶Preterea abstineat a ci-
bis fortis caliditatis in v̄tute:q2 calorē natu-
ralē incendūt/⁊ corporis humiditatē natura
Auic. lez exiccāt:vt Auicēna fen prima primi doc.3.
ca.1.ait: scz qđ caliditas maior q̄ debet reddit
corpus siccius q̄ opz:nā omnes caloris cause
cū superfluūt/in exiccādo iuuāt: vt dicit idez
Auicenna in quarta primi ca.2. Cōcludamus
igitur:qđ in corporibus patiētibus predictū

morbū cibi valde calidi aut nūq̄/aut raro/im mo q̄rarissime sumātur: q2 corp9 exiccāt. Illud em̄ est in cā gn̄ationis materie morbi mē tagre: que est melācholica siccissima ⁊ terrea: ⁊ per auctā caliditatē efficeret materia cinerea: per cōseques cōtraria esset ad illi9 morbi preseruationē ⁊ curationē. Sil'iter cibaria etiam valde frigida actu vel potentia/nō sunt comedēda: qm̄ nature humane frigiditas est valde cōtraria: vt Isaac in dietis vniuersalib9 inq̄t. Isaac. Frigida velut nix sunt multū fugiēda: sicut et Hippocrates testat. 5. apho. dicēs: Frigidū est hippocrates inimicū neruis/ossibus/dentibus/cerebro ⁊ spinali medulle. Propterea in corporib9 patientibus hūc morbū mentagre malicia frigiditatis in eis se adunat: licet ipsi nocumentū nō ilico sentiāt: q2 ad intra in porositatib9 mē broꝝ neruosorū recludūtur humores: vt i articulis ⁊ neruis: ⁊ frigiditas semper mēbra pcutit debilia ⁊ sensibilia: ⁊ incidūt in maiores dolores: ⁊ talis morbus difficilis curationis efficit. Idcirco male operātur idiote/qui ordināt ⁊ applicāt infirmis/tali morbo mētagre afflictis vnguēta frigidissima narcotica/grauātia ⁊ infrigidātia/⁊ adunātia materiā ad intra poros mēbrorū: sicut inferi9 in ca. de cura accidentiū dicā. Cōcludere igit possumus cū Auicēna in. 5. canōe tractatu. 4. ca. 1. inquiēte. Opz vt vehemēter caueat frigus: precipue in

In medicos imperitos.

Auicē.

oi dispositiōe huius morbi dolorosi. Sequit ex his dictis ꝯclusio: qđ oīa cibaria/tā calida ꝙ frigida/hūida vel sicca/nō sunt in hoc morbo administrāda: nisi cū temperamēto. Ex superioribus itē notatis cōcludendū est: ꝙ oēs cibi habentes cōplexionem superflue calidā/frigidā/siccā/vl' humidā sunt inutiles in hoc morbo: permaxime si sint habentes cōplexionez frigidā ⁊ siccā: ⁊ hoc in gnāli: siue sint fructus/siue legumina/siue olera. De oib⁹ alijs cibis in particulari aut de cōplexiōe ⁊ ꝓprietate eaꝝ nihil hic dixisse volo: qꝛ iā ꝑ ea q̄ scripta sunt in codicib⁹ simpliciū medicinarū tractata a Doctoribus medicine reperies cōplexionē ⁊ ꝓprietatē cuiuslibet cibi: exinde iudicare poteris/si conuenientes et vtiles sint ad pręseruationē ⁊ curationem morbi mētagre.

Cibariorū electio i gnē.

¶ Ca. 8. iustā mēsurā mot⁹ ⁊ exercitij declarat

Galenus.

Galen⁹ in libello de exercitio inqt: Exercitioꝝ em̄ quoddā nō solum corp⁹/ſꝫ aīaꝫ letā reddere pōt: tāte em̄ i ipo exercitio potēs motiōis fit aīa qđ multi quidē liberati sunt ab egritudinibus ꝑniciosis. Postea hoc ideꝫ ipe cōfirmat inquiēs. Laudo exercitiū: ꝙ corporis sanitatē prebet/⁊ partiū ꝯformationē/⁊ aīe virtutē. Probat itē hoc. 3. aphorismorū cōmento. 21. dicens: Exercitium mūdificādo corpus a futuris liberat infirmitatibus. Propterea

Idem

pterea cõueniẽs & necessariũ est: qđ medic⁹ electus hoc faciat in preseruatione corporis humani patientis mentagram/eiusq; curatiõe. Hoc Rasis quarto Almãsoris ca. inquit. Sanitas cõseruatur bonitate mensuratiõis motus & quietis. Propterea Hippocrates in libel. de aere & aqua dicit: Exercitiũ laboris tolerãtiã pstat: q̃es aũt & requies timorẽ & ignominiã: labor vero & agitatio animositatẽ ministrat: Ideoq; in secũdo de acciddenti & morbo. ca. 3. inquit Galenus: Calor naturalis confortat & augmẽtat ex motu: qr vera pfectio caliditatis est motus: ad quã cõfortationẽ cetere in corpus proueniũt vtilitates & operationũ perfectiões. Cõfirmat hoc idez. 2. aphorismorũ cõmento. 48. inquiens. Utile est exercitiũ: nã cõmouet calorẽ naturalẽ/& validas facit que sunt in membris virtutes naturales/& aiales/& vitales fortificãdo. Et ad digestionẽ vero bonã perficiendã necessaria est post cibi comestionẽ deambulatio tẽperata: vt per centũ passus ambulare est laudabilior: & ecõuerso post cibũ fortz vituperabilior est. vt Auicẽna 3. primi doc. 2. ca. 7. dicit: Paru⁹ motus post comestiõem cibũ in stomacho q̃scere facit: & proprie cũ dormiẽdi post ipm voluntas affuerit. Hoc testatur Almãsor li. 4. ca. 2. inquiẽs. Post comestionem vero a forti motu & longi temporis oino est cauendũ. Sicut eĩm motus

Rasis. Hippocrates. Gale. auerrois. Idem. Auicẽ. Almãsor.

ante comestionē factus sanitatis est cōseruatiuus: ita post comestionez egritudinis inuenitur generatiuus.

Cap. ix. De somno et vigilia.



E somno autē naturali quomō faciat ad digestiōis bonitatem declarandū est: cū vna de causis bn̄ digerere facientibus cibū somn⁹ existat:

Auerrois. testis est Auerrois. 2. colliget/ inquiens: Operatio digestionis est fortior cū homo dormit.

Galen. Propterea dixit Galen⁹. 3. de accidēti et morbo cap. 4. Uirtus autem animata si fuerit fatigata/ animali dormiente confortatur: maxime si ante somnū cibū moderate accipiat. Er-

Auic. go vna rō vel cā de necessitatibus somni est vt digeratur cibus. Ideoqȝ Auicenna pma tertij tractatu. 4. cap. 1. dixit: Somnus quidem naturalis absolute est/ cuius redit⁹ est cū pfundatiōe spūs vitalis ad interiora: vt digeratur

Sōni necessitas. cib⁹ etc. Necessitas ergo somni est virtutis resolute restauratio/ et cibi passumpti digestio et fatigati corpis et sensuum eius quies et refocillatio. Idcirco per hec que dicta sunt intelligere poteris causam finalē somni/ que est di-

Cause sōni. 4 gestio: et cām formalem/ que est reditus spūs. Causam vero efficientē esse dicimus/ virtutē aīalē impeditā: materialez aūt causam esse vaporē qui ascendit a membris inferioribus ad cerebrū. Et sic apparet: qđ somnus naturalis

propter necessitatē digestionis causatus fuit: ideoqȝ est quies virtutū animaliū/motiuarū et sensitiuarū/cū intēsione virtutū naturaliū: vt dicit Auicenna in canticis. Ex his dictis sequūtur vtilitates et iuuamēta naturalis et tēperati somni: que iuuamenta et vtilitates videre poteris per Auicēnā tertia primi doc. 3. ca. 7. dicentē. Somnus tēperatus naturalē virtutē quiescere facit: et in eius substātia augmētū prebet/ad prohibendū spūs qualiscūqȝ fuerit resolutionē etc. Et infra subiūxit: Somnus temperatus humectās et calefaciēs/est res magis pficiens senibus: qm̄ in eis hūiditatez cōseruat. Confirmat hoc Haliabbas. 5. theorice ca. 5. dicens: In somno em̄ digestiōis fit bonitas/et humorū decoctio. Calor autē naturalis somni tpe ad pfunda cecidit corporis/quo cibū digerit et humores bonos disponit etc. Cōcludendū igitur est: qđ somno naturali et temperato vtendū est in morbo isto qui mētagra appellari pōt: qr perfectior digestio celebratur: qua mediāte spūs et virtutes corporis animales restaurātur/et naturales corroborātur/et cibi et pot⁹ preassumpti in sanguinē bonū cōuertūtur: qđ valde p sanitatis preseruatiōe/et curatiōe corporis patientis morbū mentagre laudo. Preterea necessariū est medico scire/que nocumēta in corpore patiente morbū mentagre somnus superfluus efficiat: videlȝ

Auice. Idem. Halia abbas Sōni tempe riez cō cedit. Nocu menta somni sup flui

virtutũ aĩaliũ obtusionẽ: ꝛ capitis grauedinẽ: ꝛ egritudĩes frigidas: ꝛ illud est qđ in mẽbris totius corporis neruosis resolutionẽ ꝓhibet: ꝛ claudit poros illoꝝ membroꝝ: in quib⁹ materia mẽtagre stat occlusa: ꝛ illic magis cõdẽsatur: ꝛ fit inepta resolutioni. Nã sicut multe vigilie ↄplexionẽ corrũpũt cerebri aliquo siccitatis mõ: sic cõtrarias operationes inducit
Auic. somnus superfluus. vt Auicẽna secũda.3.ca.5. ait: Spũs in lõgo somno fit grauior/pigrior.
Auerrois. Hoc etiã innuit Auerrois.6.colliget dicens: quo mõ superfluus somnus calorẽ extinguit naturalẽ/ ꝛ corpus inducit ad tumidã dispositionẽ. Amplius dicimus: ꝙ hora ieiunij ꝛ inanitiõis nõ lõgo tẽpore. dormire debet patiẽs hũc morbũ. testis est Auicẽna in tertia primi
Auicenna. doc.2.ca.8. vbi inquit: Amplius supervacuitatẽ dormire est malũ ꝛ virtutẽ deijciẽs. Et ratio est: qm̃ calor cũ cibũ nõ inuenit quẽ digerat: vertit se supra sanguinẽ ꝛ carnẽ/ipsam resoluendo: vñ macilẽti fiũt: ꝛ humores magis desiccãtur: ꝛ terrei ꝛ melãcholici fiũt: precipue ĩ corpore cholericissimo infecto tali morbo. De
De vigilia tẽperata ꝛ suꝑflua. vigilia itidẽ temperata ꝛ superabũdanti ac superflua scire opꝫ: ꝙ sicut somnus temperat⁹ vtilis ꝛ iuuãs est ad digestionẽ ↄplendã/ꝛ virtutes aĩales quiescẽdas ꝛ naturales fortificãdas: sic vigilia tẽperata/vt Auicẽna in cãticis
Auicenna. textu cõmẽti ca.31. dixit/excitat valde sensus:

⁊ disponit vires ad exercēdū operatiōes suas. Ergo tēperata vigilia cōcedat: q2 nullū nocumētū in corpore efficit. Sed superflua vigilia vituperatur. Propter hoc Auicēna secūda p̄mi doc.2.ca.13.inquit. Cū vigilie sunt multe/ cōplexionē corrūpūt cerebri aliquo siccitatis mō: ⁊ debilitāt ipsā: ⁊ cōmiscēt rōnem: ⁊ adurūt humores: ⁊ egritudines faciūt magis acutas. Et Auerrois.6.colliget inquit: Qñ vigilie exuberāt/ corp⁹ desiccāt: ⁊ calorē resoluūt naturalem. Propterea in patientibus hūc dictū morbū mētagre/ ꝑpter fortes dolores in mēbris corporis eorū multe vigilie superflue fiūt: ⁊ corpora eorū qñ longo tēpore durāt/ desiccātur ⁊ marasmātur: ⁊ vt plurimū ad ethicā senectutis perueniūt. ⁊ hoc maxime in habentibus cōplexionem calidā ⁊ siccā. Raro autē ethicam febrilem incurrunt. Idem. Auerrois.

¶ Cap.x. De repletiōe ⁊ inanitione.



Animaduertere d3 vnusquisq3 prudens medic⁹ sepenumero: ne in corpore humano/ vel aliquo mēbrorū patiētis mētagrā repletio fiat. Nō aūt dico solū de repletiōe cibi ⁊ potus: sed ⁊ de humoꝝ naturaliū ⁊ nō naturaliū repletione/ ⁊ cōgestione eoꝝ paulatina que persepe contingit ex mala mēbroꝝ cōplexione/ quātuncūq3 reficiētia in se laudabilia existāt: vt facile ē videre de cholericissimo ho Repletio inhibet.

mine tēperata dieta enutrito/ī quo nō parua
cholere quantitas multiplicat. similiterq3 de
flegmatico suo mō. et sic de sanguineo in quo
superflua sanguinis quātitas generat. Mul-
toq3 magis ad horū humorū augmētū accede
re videt dieta/q̄ in quātitate vel qualitate tē-
peramētuz sepenumero excedit. sic em̄ plecto
ria/vl' cacochimia ī toto corpore multiplicat
ex defectu digestiue aut expulsiue/vel fortitu
dine attractiue ꝛ retētiue. quare in stomacho/
epate/splene/vel pectore ac ceteris membris/
vel toto corpore humores aggregati/ad plu-
res ac varias egritudinū spēs disponūt. Ideo
q3 qui vult corpus humanū a morbo mētagre
preseruare ꝛ curare: op3 ad duas res ītētionē
suā dirigat. Quarū vna est ad corpus: vt cibo
cōueniēti reficiat loco ei⁹ qđ dissolutū est de
ipso. Alia est mundificatio ab ipso eius qđ ge-
neratū est de superfluitatib⁹ ciboꝝ. Quo mō
aūt repletio ꝛ harū superfluitatū aggregatio
cognoscat/siue sit quātitas laudabiliū humo
rū: que fit qñ ex bonis ꝛ multis cibis ꝛ potib⁹
plurimū enutriētib⁹ sanguis copiosus/ꝛ alij
humores adaucti fuerint: cā vtiq3 repletionē
hec signa declarāt (vt Auicenna secūda primi
doc. 3. ca. 6. dicit) membroꝝ grauitas: in moti
bus pigritia: faciei rubedo: ꝛ venarū inflatio
ꝛc. Si eniz repletio fuerit facta sola qualitate
humorū peccantiū: scilz calida vel frigida ꝛc.

Medi-co duo cōside-rāda.

Auicē. Signa reple-tionis.

Sunt signa diuersa: et hoc secundum qualitatē humoris peccātis. Cū vero cognitū fuerit/in corpore vniuersalē vel particularē repletionē adesse: citissime de illius euacuatiōe prouidendū erit. Propterea ostēsum est primo/quātū periculi sequatur ex sanguinis repletiōe/quis laudabilissimi. dicendū enim esse videtur: repletū omino euacuatiōe per phlebotomiā indigere: nisi in breui vitā cū morte cōmutare velit: vt Hippocrates prio aphorismorum dixit: In exercitātibus ad summū bone habitudinis sunt fallaces/si in vltimo fuerint etc. Et Galenus in cōmento dixit: Multi morte subitanea sunt extincti/corporibus pertingētibus in vltimitatē plenitudinis. Hoc idē innuit in secundo terapentice ca. vltimo dicens: Cū equaliter sibi inuicē aucti fuerint humores/multitudo hec plectoria nominatur. cū aūt xanta cholera/vel nigra/vel phlegmate/vel serosis humiditatibus plenū factū fuerit corpus: cacochimū/et nō plectoricū vocatur taliter dispositū. Idcirco Auicēna tertia primi doc. 2. ca. 7. dixit: Vehemēs repletio in qualibet dispositiōe est pernecabilis. Propterea si medicus cognouerit/ad aliquā prefatarū repletionū corpus deuenisse: diligēter cōsiderare debet: an illa repletio sic humorū peccantiū quātitate/aut qualitate. Nō si medico noticia fuerit esse vniuersalē cū humorū peccantiū augmēto et superfluitate/oibus rebus

Hipp.

Gale.

Plectoria.

Cacochimia Auic.

cõsentientibus:phlebotomare ipm debet: vt
Auicē. Auicēna pma tertij ca.29.dicit. Cū sanguis/
aut humor quivincit sanguineus dominatur
a phlebotomia incipiam⁹. qm̄ ipa est potissi
mū remediū ad euacuandū sanguinem: ꝛ reli
Pharmacia qd purget. quos humores potenter euacuat. Pharma
cia vero tres humores hꝫ euacuare: puta cho
lerā/phlegma/melācholiā. Sed nulla est san
guinis medicina eductiua. vt tertio tegni la
Galen. Auicē. ti⁹. Galen⁹ dixit. Et Auicēna de phlebotomia
in quarta primi ca.3. ait: Minutio est euacua
tio humoꝝ equaliter augmentatoꝝ. Et in ca.
4. eiusdē libri: Cū humores fuerint equales/
pretermitte minutionē: qd si equales nō fue
rint/superabundantem euacua. Itē in ca.20.
Idem. Cōclo pchra. eiusdē dicit: Phlebotomia est euacuatio vni
uersalis q̄ multitudinem humoꝝ euacuat. Jō
cōcludamus: qd in preseruatione corporū ple
ctoricoꝝ habentiū dispositionē ad incurren
dū morbū mētagre/siue eueniat a cā superio
ri/scꝫ ab influentia coniūctionū planetaruꝫ/
siue eueniat ab alijs causis: cōueniēs ꝛ neces
sariū erit facere minorationē p phlebotomiā
Gale. Unde Galenus.6. aphorismorū cōmenti.22.
Phlebotomia est cōmunis toti⁹ corpis pur
gatio: qꝛ in corporib⁹ tm̄ humorū auferre est
ꝯgruū/quātū supra id qd ꝭm naturā adauctū
est: qm̄ quātitas euacuationis dicit ex quāti
tate que ꝭm multitudinē fit. Igit ꝭm maiorez

vel minorem sanguinis et alioꝝ humoꝝ multitudinē/ et repletionē fiat phlebotomia. Nam phlebotomia vētrē desiccat: memoriā prebet/ vesicaꝫ purgat: cerebrū temperat. Propterea dicit Rasis. 4. Almāsoris ca. 14. Si neglecta fuerit phlebotomia/ aut non ꝑmissa fieri ꝓut necesse est: plectorico multa nocumēta proueniūt. Igit̄ phlebotomia magna existit medicina in sanitate cōseruāda et ꝓseruāda valde ꝓficiēs: et ad egritudinū curationem cōgruēs/ si vt opꝫ fiat. Eā ob rem phlebotomia necessaria est ad preseruādū corp⁹ repletū/ aptitudinē habens ad incurrendū istū morbū mentagre: si vt opꝫ fiat: et si ista ꝯsenserint: cōplexio/ etas/ tempus anni/ cōsuetudo/ et huiusmodi. Notādū tñ pro vlteriori declaratione: qđ studere debemus in preseruatiōe huius grauis morbi mentagre/ si corpora repleta fuerint ex aliquo tm̄/ vel pluribus humoribus peccātibus in quali. vt puta ex cholera solūmodo/ vl' phlegmate/ vel melancholia: vel ex cholera et phlegmate/ aut ex cholera et melācholia etc. si cm̄ hi hūores nō fuerīt sanguini admixti/ nō cōueniēs est phlebotomare: sꝫ cū solutiuis et purgatiuis medicinis talis humorū abundātia minuenda erit: ꝑmaxime tēpore veris. Vñ Galen⁹ in sexto aphorismorū inquit: qđ sani si corpa sua nō purgauerint/ nō diu sani erūt Et ibidē dicit: qđ ml'tos egrotare solitos cu-

Phlebotomie vtilitas.
Rasis.

Phlebotomiā sanitati plurimū cōferre.

Cautela

Gale.

stodiũt purgatiões. Propterea ĩ libro. 4. ca.
Rasis. 15. dixit Rasis ad Almãsorẽ: Solutio ventris
put opʒ summa est medicina/ad sanitatis cõ
seruationẽ magnũ prebens adiutoriũ: est eñ
possibile: vt hui⁹ operationis cã corp⁹ ab hu-
more/qui pter cibor errorẽ/vel ex diete ne
Almã-sor. gligentia/vel qui ex corporis intẽperantia so
let generari mundificetur. testis est Almãsor.
Quapropter medicina vẽtris solutiua quisq̃
vti debet: que humorẽ qui ei nocere solet/vel
qui in eo ex sui corporis dispositiõe generari
solet a cã erroris sui regiminis expellere ꝯsue
uit: cũ oĩa diligẽter perscrutata fuere/ꝛ inue
Cõclo. stigata per proportionẽ signor dictor. Con-
cludam⁹ tñ: qḋ qualiscũq̃ fuerit illa humorũ
repletio: si magna necessitas sit/ĩ quocũq̃ an
ni tẽpore euacuare dʒ. si aũt nullũ notabile pe
riculũ pretẽderit/in vere perfici dʒ: ꝛ sic preser
uabitur a morbis ei euenire potẽtibus ex tali
Auicẽ. humorũ repletione. Propterea Auicẽna ter-
tiã pmi doc. 2. ca. 1. inqt: Nobis necesse est pro
culdubio superfluitates euacuare. Idcirco in
preseruatione ab isto morbo mentagre est ne
cessariuʒ corpora plectorica phlebotomare: ꝛ
cacochima euacuare cum medicinis purgati
uis humor abũdãtiũ/ꝛ superfluor in corpe
Cau-tela. cacochimo. Sed cauere debet medicus omni
no/ne medicinã exhibeat fortẽ ĩ hac preserua
tiõe/minus ꝙ̃ in curatione dicti morbi: eo ꝙ

laxatiuũ violẽtũ ꝙuis fuerit rectificatũ ꝛ tepe
ratũ quãtũ pl⁹ possibile fuerit/stomachũ debi
litat. testis est Auensoar trac. nono. ca. 8. ¶Pro-
pterea ipse inuit lib. j. tractatu. 7. ca. 1. ꝙ oĩa la Auensoar.
xatiua que hñt violenter ꝛ impetuose laxare/
trahũt humores a toto corpore ad stomachũ:
ꝛ purgãt corp⁹ totũ stomacho repleto manẽ
te. Et cũ hoc etiã hec medicina hꝫ totũ corpus
desiccare: quare humor malus in substãtia sto
machi imbibitus/hꝫ remanere. ¶Propterea er Violẽtas medicinas repbat.
rãt imprudentes medici: cũ fortissima medici
na solutiua volentes semel expellere qđ pluri
bus vicibus erat euacuãdũ: vnde aliqui ad fe-
bres/alij ꝟo ad disynteriã/ꝛ ad alios morbos
plurimos inde perueniũt. ꝛ hoc ideo: qꝛ labo-
riosa ꝛ violẽta pharmaca corpi humano mul
tũ inimicãtur. Nã medicine solutiue euacuãt Ignotũ empicis medicine idoneis.
ex humiditatibus naturalibus/ꝛ spiritu: qui
est substãtia vite: ꝛ cũ hoc virtutẽ membrorũ
debilitãt. Quare hippocrates dixit: Medicia
purgat ꝛ inueterat. Ideo in quarta p̃mi. ca. 8.
Auicenna inquit: In pluribus violẽtarũ me Hippocrates Auicẽ.
dicinarũ existit aliqua venenositas: ꝛ solutio
nẽ vẽtris efficiũt ꝯm motum/quo nature vio-
lẽtia infertur. Hoc cõfirmat Auerrois quĩto Auerrois.
colliget inquiens: Nulla medicinarũ violẽta
rum est sine veneno aliquo in aliqua parte sui
Quare oẽs practicãtes ĩ medicia sint cauti in
administrãdo has medicinas: ne toti nocumẽ

tũ inferatur. In preseruatiõe/ ⁊ etiã cura hui⁹ morbi occulti cõsulo: quãto plus possibile est fugere medicinas violẽtas: ne nocumẽtũ toti inferatur ⁊ membris pricipalibus. Sed vtaſ medicinis bñdictis. vt aloe/ reubarbaro/ agarico/ mãna/ cassia. Mirabolani oẽs laudanſ: nã cõfortãt sua solutiõe stomachuz/ viscera/ cor/ epar/ ⁊ corpus totũ. Sed in euacuatione hui⁹ in morbo mẽtagre peccãtis humoris melãcholici triplicia sunt cõsiderãda. Primũ: vt nõ subita ⁊ fortis fiat euacuatio in morbo melancholico: sȝ per internalla ⁊ tẽpora quiescẽdo aliqñ longo tempore. prout docto physico videbiſ: ꝯsideratis cõsiderãdis: puta virtute/ etate/ cõsuetudine/ tẽpore/ regione ⁊c. Secũdũ cõsiderabile: q̃ euacuatio nõ fiat cũ fortiter ⁊ laboriose euacuãtibus: precipue in pricipio. Tertiũ: q̃ nõ expoliẽtur solutiua a reb⁹ lenificatiuis et humectatiuis. Quare in cura huius morbi mentagre decoctiões egregias ordinabo/ que oẽs intentiones habebũt. Concludamus ergo quãta sit purgatiõis vtilitas/ ⁊ quãta ei⁹ necessitas in preseruatiõe corporũ preparatorũ ad morbũ mentagre: ne scilȝ contingat in hũorib⁹ putrefactio/ vel corruptio ⁊ incineratio/ ex quibus mẽtagra citius generetur: vel ne diuerse egritudinũ spẽs generentur. Et ob hãc causaȝ necesse est corpora mũdificare in vere ab extraneis ⁊ inutilibus humi-

Doctrina preseruatiua.

Medicine bñdicte.

In euacuãdo tria cõsiderãda.

Utilitas purgationis.

Mũdificatio vernalis bona.

ditatibus/siue cũ phlebotomia/siue pharma cia: vt hũores naturales puriores reddant: ne in breui mors vel morbus mẽtagre/vel alie sequãtur egritudines: Et hoc Rome/ꝛ in vniuersa Italia cõsuetũ est: se scilꝫ semel in anno purgare: puta in vere ꝛ corpora coꝝ longo tẽpore sana conseruantur: nec ita doloribus vexantur quemadmodum ꝛ nos.

Ca.xj. De accidentibus aie: videlicet ira/furore/tristitia/gaudio/timore/inuidia ꝛc.



Anifestũ est: ꝙ medicus de accidẽtibus aie curã habere debet: ne totũ corpus a sua temperie ꝛ naturali cõplexione labatur ꝛ permutet: seq̃ndo sententiaꝫ Galeni tertio tegni textu commẽti.35. dicentis: Manifestũ est: qm̃ abstinere opꝫ ab intemperãtia passionũ aie: scilꝫ ire/tristitie/gaudij/furoris/timoris/inuidie ꝛ sollicitudinis. exterminãt enim hec ꝛ permutãt corpora ab ea que est ꝑm naturã cõsistentia. Propterea oĩa accidentia aie sequũtur/aut eis associãtur motiones spũs interius/aut exterius: vt dicit Auicẽna in secũda primi doc.2.ca.13. Et ista motio aut erit subita/aut paulatina: ꝛ ad eiꝰ motionẽ ad exteriora sequitur frigiditas corporis eius qđ interius existit: ꝛ fortasse si superfluit illud qđ resoluitur/subito infrigidatur corpꝰ exteriꝰ ꝛ interius: ꝛ sequiꝛ ipsuꝫ syncopis/aut mors. Galeni. Auicenna.

Propterea dicit Hali: qđ furor ꝛ ira faciūt ac-
Hali. cidere caliditatē superfluā: gaudiuz vero ꝛ leti-
cia caliditatē equalē: timor aūt ꝛ pauor accide-
re faciūt frigus. Ista vero accidētia hoc faciūt
mediāte motu spūs: vnde corpus exiccat. Te-
Gale. ste Galeno textu cōmenti. 46. inquiēte: Oēs
anime passiones exiccāt corpus. Ex quo appa-
ret: qđ aīe accidentia omnino vitāda sunt: pro-
pter periculū sequēs ad subitū ꝛ fortē motuz
spūs interius aut exterius. Abstinēdum ergo
est ab ira/tristitia/īuidia/timore/sollicitudi-
ne/ꝛ alijs anime accidētibus in corporibꝰ ha-
bentibus aptitudinē ad incurrēdū morbū mē-
Rasis. tagre. Testis est Rasis in li. 4. ca. 9. Almanso-
ris/qui dixit: qm̄ oībus sanis nocumēta infe-
Nocu- rūt: exceptis his q̄ carnis indigēt minoratiōe.
menta Et firmatur hic morbus mentagre in corpori-
tristi- bus vexatis dictis accidentibus aīe: permaxi-
tie. me que tristata erūt: qm̄ corpora coꝝ replētur
humoribus melācholicis terreis. Idcirco oīa
accidētia aīe que nocumēta inutilitates ꝛ in-
dispositionē in corporibꝰ inducūt sunt fugiē-
da cū patientia aī ꝛ bona tolerātia: ꝛ cū citius
possibile fuerit expellēda ac propulsanda: cū
multa nocumēta talia ꝛ cōsimilia accidētia in-
ducāt. Si ergo īmoderata fuerit tristitia ī fri-
gidarū ꝯplexionū corporibus corpꝰ/refrige-
ratur: calorq; extinguit naturalis sua in cor-
poris interiora ꝯuersiōe. Propterea tristitia

omnib⁹ est nocēs corporibus. Hec oia Hali abbas quito theorice ca.vltimo scripsit. Hoc idē voluit Auicenna tertia primi ca.4..dicēs. Tristitia multū exiccat: ꝛ pigritia virtutes laxat aiales. Propterea quito de accidēti ꝛ morbo,ca.6.inquit. Quib⁹ accidit tristicia frequēter mortui sunt.ꝛ hoc pusillanimib⁹ solet euenire: nā corꝫ calor debilis atqꝫ defecta virtute extinguit ꝛ suffocat. Similiterqꝫ a timore caueamus: qꝛ timor infrigidat corpora. manifestāt hoc terrefacti ꝛ tremuli. Hoc innuit Galenus quinto de accidēti ꝛ morbo capitulo.6. dicēs. Timor sanguinē/calorē atqꝫ spiritū reportat ad interiora: scꝫ ad suā originē ad cor: atqꝫ exteriora corporis refrigerat. Et subiunxit postea: In timore virtus aie nō cōfortatur: neqꝫ ad exteriora reuertit: intm̄/ꝙ calor extinguitur. Ea rōne Galen⁹ in libello de typo ca. 3.dixit: Timor ꝛ terror turbāt virtutē/ꝛ debilitāt ipam nō min⁹ aliis causis. Jō Hippocrates in.6.aphorismorꝫ apho.23.dicebat: Si timor ꝛ pusillanimitas multū habeāt tēp⁹/melācholicū perficiūt. Et Gale.primo de regimine sanitatis inquit: Opꝫ medicū qui sanitatē vult ꝯseruare/custodire ne mores ai corrūpātur: ne humor melancholicus in corpore dñetur: q̄ radix ꝛ origo hui⁹ egritudinis dr. Quare accidentia aie superflua fugere debem⁹. Jō dico superflua: nā aliqua accidētia aie in egri

Hali.
Auic.
Galen.
Idem.
Hipp.
Gale.

tudinibus certis cōcedūtur. vt in egritudine pendētc a materia frigida lz irasci moderato vsu ꝛc. Singula autē de accidētibus reliquis aie enucleare/ ꝛ que iuuamēta ac nocumenta in corpib⁹ ex eis sequātur/ longum ꝛ inutile esset hic ponere: cū ea copiosi⁹ alibi per philosophie ꝛ medicine Doctores tractata inuenies: q̄ iudicio tuo estimatiuo poteris ad preseruationē ꝛ curā morbi mētagre applicare.

Cōclo. Ex his ergo ꝯcludere possumus: qḋ oēs passiones aie fortes valde nociue sunt ꝛ inutiles/ nocumēta fortia inducētia in corpibus dispositionē ꝓ́ptā hn̄tibus ad incurrēdū morbū mētagre: ꝛ ꝓmaxime morbū istū patiētibus.

¶ Ca. xij. Curaz docet morbi Mentagre per varia medicine ingenia: puta per euacuatiōes/ flebotomiā/ pharmaca/ syrupos/ lotiōes/ balnea/ ꝛ cetera plura.



SI prudens medicus fuerit/ cām hui⁹ egritudinis remouere ꝛ abscindere debet/ ꝑm sniam Galeni dicētis: Unū cōmune opz ꝑceptū hr̄e: efficientē vnāquāqꝫ causarū abscindere. Post deinde venire ad eaz q̄ facta est discrasiā. Hoc affirmat Auicēna. Nā ꝟa cura est incisio cause. vt idē. 4. primi ca. vlti. Impossibile est vt febris remoueatur cā ei⁹ remanēte: Propterea cū inuenies virtutē fortē/ resistentem/ tolerantem: abscinde cām ꝛ re

Gale.

Cura ꝟa qd Gale. Auicē.

moue

moue humorē. Hoc Galenus p̄ma terapen- tice cap.11. singularissime dixit: Ad cām semꝑ ibim⁹ cognoscētes qđ nō nō est possibile finaliter aliquā dispositionē sanare adhuc manēte cā faciēte eā: cessare ꝟo eam impossibile est manēte cā. Eā ob cām oēs sapiētes ⁊ antiqui medici ꝯcordāt: ꝙ cā egritudinis sit primo remouēda: ⁊ postea ip̄a discrasia abijcienda. cōtra irrationales ⁊ empericos/ilico ad localiū applicationē ꝓcedētes. De materia vero mētagre quomō natura eā expellat/cū sit materia grossa/terrestris imbibita in porositatib⁹ membroꝝ neruosoꝝ/nō est alia assignāda cā: nisi q: nature forti nihil est impossibile. Rursus in libello de egritudinibus iūcturarū ca. 18. sic scribit. Unguēta ⁊ emplastra qñ corpus fuerit plenū multis humoribus attrahūt humores ad loca magis ꝙ̄ dissoluāt. Et sic breuiter dicimus: ꝙ si in egritudine mētagre repletio materie antecedētis ⁊ cōiūcte ꝯtigerit: cū euacuatione curanda erit: ⁊ ꝑ phlebotomiā scz/⁊ per pharmacū: ſm qđ signa demonstrabūt. Quāto magis si vltra p̄dictā repletionē materie morbi dicti corp⁹ fuerit plectoricū/ vel cacochimū. vt manifeste patet ex illo Hippocratis. 2. aphorismoꝝ sic dicētis: Ex plenitudine q̄cūqꝫ egritudines fiūt euacuatio sanat: ⁊ quecūqꝫ ab euacuatione/plenitudo. Unū Galenus dicit: Neqꝫ diuti⁹ immorādū est: cū oē

Galen. Idem. Hipp. Galen.

côtrariû suo côtrario sit medicâdû. Et hocc? firmat Auicêna quarta ṕmi. Cuz egritudinis qualitas scita fuerit: erit medicina eligêda q̄ ei in sua qualitate sit côtraria. Qm̄ egritudo suo medicaẗ côtrario: sicut sanitas suo simĭ cô seruatur. Principaliter ṽo medici intêtio in cura morbi mêtagre est digerere: euacuare: diuertere/aut ad extra ducere. In principio aût hui⁹ morbi si materia mêtagre fuerit sanguinea/id est sanguis grossus: vel si materie mentagre fuerint alij humores: vt puta phlegma vstû vel cholera vsta/vl' melâcholia: ⁊ fuerint pmixte: scȝ cû sanguine: ṕmo incipiendû est a phlebotomia. nisi spôte ex naribus emorroidibus siue mêstruis sanguis effluxerit. talis vti ꝙ phlebotomia dȝ fieri in principio anteꝙ̄ incipiât apparere pustule in supficie cutis exterioris partiû corporis. nam cû materia mêtagre exierit ad extra in multa quâtitate/nullo mô fiat phlebotomia. Testis est Auicêna. Forte tasse phlebotomia est mala/ propterea qꝛ côuertit ⁊ repellit scȝ ad interiora illud qð procedit ad exteriora: ⁊ sic operaẗ ad oppositû motus nature. Et hec phlebotomia dicta directe côuenit/propter câm antecedentê: qm̄ ipa est vehemêtis vtilitatis ⁊ necessitatis in ṕncipio mêtagre: precipue in plectoricis. Et debet fieri phlebotomia de basilica dextra/aut saltem mediana: qꝛ ꝙ̄uis diuertat ipaȝ materiâ ab ex

Auic. (margin, line 2)
Medici in cu râdo, i tentio (margin, line 6)
Phlebotomia bona. (margin, line 14)
Auicê. (margin, line 20)

teriozibus ad interiora: talis tñ materia nõ est sic venenosa sicut materia variolarũ & morbillorũ. Deniqȝ necessariũ est medico obseruare virtutẽ. Testis est Galenus primo regiminis acutorꝝ dicẽs: Sublimior intẽtionũ oĩm est intentio sumpta a virtute. qm̃ curãs est virtus/ & nõ medicus: q2 cũ fortis nõ fuerit/ nõ ꝓdest curatio quõcunqȝ fiat: vt Aui. in prima quarti dicit. Propterea sollicitudo medici esse debȝ circa corporis virtutẽ integratã. puta vitalẽ/ aĩalẽ/ & naturalẽ. Cõcludamus ergo cũ Galeno in primo de febrib9 ad Glauconẽ dicente: Necesse est vt respicias ad egri virtutez/ & ad impetũ cause/ & ad quãtitatẽ viriũ ei9 q̃ egrotat. Preterea patiens hũc morbũ elõgetur ab oĩ laxatiuo penit9: donec egritudo declinauerit. tũc materia est euacuãda cũ medicinis benignis/ lenientibus. vt manna/ cassia fistula/ mirabolanis. Reubarbarꝝ in preseruatiõe sublimis est. Agaric9 & aloes in cura valẽt multũ cũ decoctione florũ cordialiũ/ prunorꝝ damascenorꝝ/ & passularꝝ/ & sene/ epitimi/ thymi/ polipody/ liq̃ricie. Cũ istis simplicibus põt fieri euacuatio. Uel cũ medicinis ꝯpositis: scilȝ electuario lenitiuo diasene Rasis/ diacatholicone/ electuario indo/ aut ꝯfectione hamech/ vel electuario de ductyl. Preterea dixit Hippocras. i. aphorismorꝝ. Que opȝ ducere: vndecũqȝ repit natura/ inde ducere opȝ per conue

Gale. Auice. Gale. doctrina pulchra. Euacuationes docet. Hipp.

nientes regiones. Cū ergo inceperint pustule debet medicus iuuare naturā summo studio ad expellēdū materiā ad superficiē cutis cum his que aperiūt porositates mēbroꝝ oīm: per maxime mēbrorū neruosoꝝ/ vbi recōdita ꝛ reclusa est materia morbi mētagre. Dētur ergo ſm intētiōes Doctoꝝ succus apij/ ꝛ succus feniculi cū melle rosato: si sit hyems. ꝛ in estate cū aqua hordei. Potest ꝛ addi succus pulegij. Aut exhibeatur aqua feniculi cum oxizacara composita.

Extrahenda materia peccans.

¶ Recepta quinqꝫ electissima/ iuuantia naturam in expellendo pustulas ad extra.

¶ Recepta medicialia iuuātia naturā velociter in expellēdo materiā Mentagre sunt hec.

Primū ¶ Recipe ficuū albarū numero. x. passularū sine granis. ℥. ʃ. croci. ℈. ij. dragaganti. ʒ. iij. fiat decoctio i lib. j. ʃ. aque apij/ ꝛ tātūdē feniculi. fiat syrupus cū zucaro albo. Aliud iuuās naturā in expellēdo.

Scdm. ℞. lacce ablute. ʒ. v. lētiū excorticataꝝ. ʒ. vij. dragagāti. ʒ. ij. decoquātur in lib. j. ʃ. aque feniculi vsqꝫ ad cōsumptionē medictatis: ꝛ coletur. ex qua actu calida/ cū pauco vino albo ieiuno stomacho exhibeat quātū pro dosi sufficit. Uel sic ꝛ melius.

aliter. ℞. ficuuꝫ citrinarū siccaꝝ numero. xij. lentiuꝫ excorticatarū/ ꝛ lacce ana. ʒ. iij. dragagāti/ maratri aā. ʒ. ij. aquaꝝ feniculi/ ꝛ buglosse quātū sufficit. misceātur. fiat decoctio ad cōsumptionez medie

tatis.coletur.exhibeatur vt decet. Aliud fortius. ℞.ficus albas magnas numero.v.lētium excorticatarum.ʒ.vj.aque feniculi lib.ij.apij lib.j.coquātur oīa ad cōsumptionē tertie partis.coletur:in qua colatura dissoluatur.ʒ.j.croci.ista decoctio actu calida/ieiuno stomacho trib⁹ diebus cōtinuetur. Aliud habēs supradictas intētiōes. ℞.aque feniculi/et spargi/et brusci ana. ℥.iij.aque apij.℥.j.anisi/carui/seminis melonis ana.ʒ.ij.zucari.℥.iij.detur de eo morbū patienti mane et sero. Aliud. ℞.ficuū siccarum/passularū/lentiū excorticatarum/seminis feniculi/lacce/sandalorum rubeorū ana.℥.ß.pistētur et coquantur in lib.ij.aque feniculi/et lib.j.ß.aque apij ad consumptionē medietatis:et coletur:et in colatura dissoluatur.ʒ.j.croci:et vsui reseruetur Ista enī aqua prouocat materias ex qua multe pustule generantur/et exiccātur:et tandē cadūt/et preseruātur a doloribus.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

¶ Cura Mentagre per potiones.

¶ In declinatiōe morbi: sit cura talis:in qua multa ingenia apparebūt. Primo ordinetur decoctio hec egregia.

¶ Recipe florum violarum/borraginis/buglosse herbarum fumiterre/mellisse/cicoree/scabiose scolopendrie/cuscute/eupatorij/serpilli an̄. m.ß.corticū mirabolanorum chebulorum/citrinorum ana.℥.ß.seminis anisi/feniculi ana.ʒ.ij.liquiricie rase/vuarum passularum ana.℥.j.polipodij.℥.ß.

Decoctio pulchra.

thymi/epitimi ana.ʒ.ij.ficuū pinguiū numero.vij.folliculoꝝ sene sine stipulis.ʒ.ij.agarici incisi.ʒ.ß.auari pōderis.cinnamomi/zinziberis ana.℈.ij.spice.℈.ß.fiat oīm decoctio in aq̄s borraginis/buglosse ana.lib.ij.ſm artē ad cōsumptionē medietatis.deinde colet̄ ⁊ clarificetur.et addat̄ oximellis simplicis.ʒ.j.aq̄ lupule.ʒ.iiij.zuccari albi.ʒ.j.ß.fiat potus pro quatuor vicibus.

¶ Die sequenti vtatur ista medicina.

medicina post decoctionē.

¶ Recipe/cassie pignis nouit̄ tracte.ʒ.v.dia sene Rasis.ʒ.ij.ß.ɔfectionis Hamech.ʒ.j.reubarbari electi.℈.ij.b.p.spice.g.ij.syrupi supiꝰ scripti.ʒ.j.aquaꝝ lupuli/fumiterre ana.ʒ.j.sumat mane in aurora actuali caliditate.ieiunet horas quinqꝫ.

¶ Membroꝝ confortatio die sequenti.

mēbrorū ɔfortatio.

¶ Recipe letificātis Gale.ʒ.iij.diamusci dulcis.ʒ.vj.aromatici gariofilati.ʒ.j.electuarij regū.℈.iiij.electuarij de gēmis.℈.ij.ɔserue/borraginis/buglosse/citonioꝝ/ana.ʒ.j.syrupi de pomis quātū sufficit.fiat electuariū:de quo accipiātur de mane.ʒ.ij.vel coclear vnum.Et in proposito laudātur pillule de aloe loto:cōtinuādo lōgo tēpore/vnā accipiēdo mō ⁊ ordiē prout decet.Quātū aūt virtutis habeat aloes in ꝓposito/lege Auicēnā septima quarti ca. de cura scabiei.cuius ᵭba sunt ista:Et fortasse liberata scabiei mala ⁊ ātiqua si assiduetur

Pillule ď de aloe.

potus aloes. Itē ꝯceditur aliqñ in morbo mē tagre/ex istēte morbo in declinatiōe manifeste cū accidētibus cōibus ꝛ proprijs/permaxime doloribꝰ mēbroꝝ corpis valde remissis et quietis ipsisq; existētibus cōsumptis desiccatis ꝛ marasmatis/ꝛ sine febri putrida: vt patiens balneū aque dulcis tēperate calide igrediatur/post prādiū qñ cibꝰ in stomacho ꝛ epate digestus fuerit hora distributiōis nutrimēti per ōia mēbra corporis. Hoc probatur. nā tūc cōpetit eis tale balneū: cū tēperet eoꝝ siccitatē/ꝛ humectet: ꝑparās cibū ad distributionē per corpus. Hoc aūt balneū oēs medici illustres approbāt: ꝛ Galenꝰ de marasmo.10. ca.7. terapētice/ꝛ Auicēna.4. canonis/Hali abbas/Serapio/Rasis hāc sententiā ꝓnunciauerūt: q: dictū balneū malā cōplexionē remouet/ꝛ humectat: ꝛ humidi radicalis ꝯsumptionē ꝓhibet. Iuuamētū aūt nō parū ꝯfert nedū etiā in febre ethica/sed ꝛ extenuatis oībus/ꝛ ethica senectutis. vt Galenꝰ.7. terapētice ait. Balneū eñ hoc nō resolutiuū esse debet/ſ; repletiuū ꝛ humectatiuum. Quale est istud aque dulcis eucrate ꝛ mēsurate calore ꝛ frigiditate quod sequitur.

Practicantes hoc in vsu nō habēt.

Galen. Auic. Hali. Serapio. Rasis.

Galen.

¶ Balneū quod Stuffa appellatur.

Balneum.

¶ Recipe malue/bismalue/melilote/camomille/rosaꝝ/lapaci/fumiterre añ.m.ij. bulliātur in aqua. recipiat infirmꝰ fumum ad quar

tale vnius hore: nō se lauet/sed pannis sudorē abstergat. Et dū in stuffa incipit sudare/accipiat infrascripte aq̄ prout docebo. et apud me magnū secretū. Et dū balneo abstersus exit sudare debet iterū in lecto pānis bn̄ coopertus.

Aqua tyriacalis.

Aqua distillatiōis tyriacalis/mltū secreta.

Recipe radices altee/lapaci/feniculi/ enu leana lib. ṡ. incidātur minutiꝫ: ponātur i quatuor lib. vini maluatici ad remoliēdū per vnā diē et vnā noctez. Postea addatur tyriace etatis decē annoꝝ. ℥. j. ṡ. ponatur in alēbico: distilletur aqua. De qua accipiātur. ℥. iij. cū. ℥. ij. aque buglosse qn̄ incipit sudare i balneo: vl' qn̄ intrat. Et ista stuffa reiteretur oībus quinqꝫ vel sex diebus/vel ꝑut discreto videbitur medico.

Pillule

Potes et aliqn̄ vti pillulis de fumo terre fetidarū q̄tū ad pustulas. Si vero dolores infestāt: vtere agarico. Laudātur et pillule de hermodactylis. Potes et addere reubarbari parū/si diues sit et expēsas nō timeat vt isto modo ordinādo ℞. pillulaꝝ de hermodactylis. ℈. ij. reubarbari optimi et electi. ℈. j. formētur pillule noue et inuolute cinnamomo.

Lenitio vētris.

Ingeniū aliud curādi pustulas mentagre.

Recipe diacassie/electuarij lenitiui ana. ʒ. v. electuarij indi. ʒ. j. ṡ. fiat bolus cū zucaro: aut distēpera cū aqua fumiterre. Si diues vel nobilis sit/potes dare mānā pro lenitiōe vētris. vt puta ordinādo isto mō. ℞. manne granate

electe/cassie piguis nouiter tracte ana.ʒ.v.cõfectiõis Hamech.℈.iiij.fiat bolus cũ zucaro: deinde digerat materia sequẽti syrupo.℞.syrupi de fumoterre/syrupi de buglossa añ.ʒ.vj. aquaꝝ cicoree/lupulorum/endiuie ana.℥.j. Syrup. digestiuus.

¶Euacuatio eradicatiua.

¶Postq̃ i vrina materiã videris digestã da medicinã eradicatiuã.℞.diasene rasis/cassie nouiter tracte ana.℥.ß.electuarij indi/ꝯfectionis Hamech.ana.ʒ.j.decoctiõis cõmunis.℥.iiij.in qua bulliãtur fumiterre:floꝝ stikados arabice.ana.m.ß.Poteris ꝛ paulatine trãsire ad alia:puta fortiora.vt gratia exempli.℞.syrupi de stikados.℥.j.syrupi de fumoterre.℥.ß aquaꝝ borragis/buglosse/lupulorũ ana.℥.j. misce.Poteris deinde dare medicinã sequentẽ.℞.prunoꝝ damascenoꝝ.v.liquiritie rase/ vuaꝝ passulaꝝ ana.ʒ.iij.fumiterre/capillorũ veneris ana.m.ß.floꝝ violarũ/borraginis/buglosse ana.m.ß.sebestẽ.vij.tamaridoꝝ.ʒ.ß.bulliãtur in aqua cõi.deinde colentur.Huius colature.℞.℥.iij.ß.in qua dissolue diacatholiconis/electuarij de dactylis ana.ʒ:ß.syrupi de stikados.ʒ.vj.misce.fiat haustꝰ.Postea accipiãt syrupi fortiores.vt de epitimo/cũ aquis feniculi/petrosilini.Et si infirmꝰ fastidiũ haberet ex digestiuis iã ordinatis syrupis dẽtur aque.℞.aquaꝝ scolopẽdrie/feniculi/buglosse/borraginis/fumiterre ana.℥.j.dulcoretur cũ mo

Eradicatiuũ. Syrupus. Alia medicina. Syrupi digestiui. Aque

pro nobilibꝰ. dico zucari. Pro nobilibus vel diuitibus pōt ordinari i talis medicina. ℞. folliculoꝝ sene. ℥. ʒ. thymi/epitimi ana. ʒ. j. polipodij. ʒ. iij. florū borraginis/bulosse/violaꝝ ana. m. ʒ. vuaruȝ passularū/liquiricie rase ana. ℥. ʒ. prunoꝝ damascenoꝝ numero sex tamaridoꝝ. ℥. ʒ. sebestē. v. ficuū pinguiū septē. bulliātur oīa in aquis fumiterre/feniculi ana quātū sufficit. deinde colet. Tandē. ℞. māne granate electe. ʒ. x. reubarbari electi. ʒ. j. ʒ. agarici optimi albi ꝛ incisi. ℈. iiij. salis gemme/zinziberis/spice ana. g: iiij. Infundat agaricꝰ horas. vij. ad oximel simplex cū suis correctiuis. Reubarbarū vero infundat ad. ℥. iiij. huius decoctiōis horas. v. cū suo correctiuo. Deinde agarici et reubarbari fiat fortis expressio. dissolue oīa simul in illis. ℥. iiij. decoctionis in qua reubarbaꝝ fuit infusum. fiat haustꝰ. Poteris ꝛ addere cōfectiōis Hamech. ℈. iiij. Hec grā exempli sint dicta.

Pillule.

Pillule. Pillule cōuenietes sunt pillule de hermodactylis: de fumoterre. Inde aggregatiue de lapide lazuli fetide: vt dādo aliqñ vnā cōtinuādo. Vel dentur aliqñ. ℈. ij. vel. ℈. iij. prout tempus/virtus/etas/regio ꝛ cetera. expostulāt: q̄ relinquantur iudicio physici eruditi.

Decoctio ad propositū pulchra.

Decoctio. Decoctio alia pulchra. ℞. capilloꝝ veneris radicū buglosse/domestice ꝛ siluestris/ꝛ florū

earũ ana.m.ʒ.polipodij/epitimi ana.ʒ.vj.mirabolanoꝝ nigrorũ/chebulorũ ana.ʒ.viij.reubarbari electi/si diuesvel nobilis sit.ʒ.iij.folliculoꝝ sene.ℨ.iij.amotis stipulis.agarici optimi icisi/stikados/camedreos/camepitheos ana.ℨ.ʒ.zinziberis.℈.j.ʒ.vuaꝝ passulaꝝ/liquiricie rase ana.ℨ.j.elebori nigri.ʒ.j.ʒ.squinãti.ʒ.ʒ.fumiterre.m.j.eupatorij.ℨ.ʒ.bulliantur oĩa (preter epitimũ ꝛ reubarbarũ) in v.lib.aque casei/vel seri caprini ad ꝯsumptionẽ medietatis. Ultimo ponãtur oĩa: bulliãtur vna ebullitione. deinde colet/clarificet: ꝛ proijciat in ea oximellis simplicis/zucari.ℨ.j.ʒ.syrupi de fumoterre simplicis ꝛ cõposite ana.ℨ.ij.ʒ.detur mane.ℨ.v.modo ꝛ ordine vt decet.

¶ Syrupus contra Mentagram.

¶ Aliud igeniũ quo digerat materiã cũ isto syrupo. ℞.succi fumiterre/succi apij/endiuie borraginis/lupuloꝝ/feniculi depuratoꝝ ana ℨ.ij.succi buglosse depurati lib.j.i quib⁹ infundãtur folliculoꝝ sene amotis stipulis.ℨ.iij.polipodij.ℨ.ʒ.seminis anisi.ʒ.j.turbit.ʒ.iij.ʒ.cinamomi electi.℈.j.stẽt per diẽ ꝛ noctẽ in infusione. Deinde bulliãtur ad cõsumptionẽ medietatis dictoꝝ succoꝝ: ꝛ si nimis inspissati fuerit cũ aqua buglosse ꝛ lib.ʒ.zucari.fiat syrupus: ꝛ intituleť: Syrupus cõtra mẽtagrã. Et in actu practico ordinetur isto modo. ℞.syrupi ꝯtra mẽtagrã.ℨ.j.ʒ.aquaꝝ lupuloꝝ/fumiterre/en- syrup⁹

diuie ana.ʒ.j.misce.exhibe in aurora actu cali
dū.ieiunet horas quinq̧.cōtinuet iste syrup⁹.
vij.diebus.Quibus cōpletis/luna existēte in
bono signo ꝛ loco extra malos aspectus exhi
beatur solutiuū.vt grā exēpli.℞.diasene Ra‑
sis/diacatoliconis ana.ʒ.ß.diafiniconis.ʒ .j.
syrupi superius ordinati.ʒ.j.aquarum lupuli
fumiterre ana.ʒ.j.ß.

Decoctio epitimi.

Decoctio. Mesue — Itē valet decoctio epitimi seu melagogie/
quā Mesue de decoctiōib⁹ describit:lʒ dicat
eā nō esse in vsu.tñ Doctores Argētine practi
cātes eā i vsu hñt.ꝛ ego practicādo eā expert⁹
laudo.Poteris ꝛ addere huic decoctiōi reu‑
barbari.ʒ.j.ß.vl' agarici i maiori quātitate:pu
ta.ʒ.iij.aut.ʒ.ß.ꝛ follicula sene apponant̄ i ma
iori quātitate:ƀm qđ discreto videbit̄ medico.
ꝛ ordinet̄ isto mō i actu practico.℞.decoctio
nis melagogie.ʒ.iij.syrupi de fumoterre.ʒ.j.ß.
aq̄ lupuli.ʒ.j.misce ꝓ vna vice.Potes ꝛ acue‑
re cū.ʒ.j.vel.℈.iiij.electuarij indi/vel ꝯfectio‑
nis Hamech/diasene/diafinicone: prout exp
Cōtra dolores/et pustulas. — to videbit̄ physico.ꝯsideratis semper ꝯsiderā
dis.puta virtute/etate tēpore ꝛc.Cū agarico
ꝛ electuario indo fiat euacuatio q̄tū ad dolo‑
res:ꝛ diasene lenitiuo/ꝛ electuario hamech
Pillule. — q̄tū ad pustulas:ꝛ cū modico reubarbari/si
expeñ.nō times.Et si a dolorib⁹ iūcturaꝝ mul
tū molestaberis/vtaris sepe pillulis quas de

scribit Mesue inde simplicib⁹ ca.de eleboro in quib⁹ multiplicabis agaricu꞉ pro vna vice accipiātur.℈.ij.aut.ʒ.j.sunt experte. Post eua cuationes potes vti stuffa ex decoctiōe infra scriptaru꞉ herbaꝝ:quas bñ decoquas ī aqua currēte.ꝛ illa aqua posita in vase/desuper stabis recipiēs fumū bene tectus pannis.ꝛ si nō effumat/infunde in illā saxa ignita/q̄ fumu꞉ a dicta aqua eleuēt. Facto sudore copioso ītrabis lectū/bene a sudore abstersus:ꝛ ibi aliquātulū stabis dormiēdo si placet. Et si iterū sudabis:absterso sudore ad prandiū accedas:a quo cū reliquijs famis surgas/faciēdo meliorē cenā. Sic ꝑcedēdo nūc cū digestiuis ab extra et intra/nunc cū medicinis/bona dieta/ꝛ pillulis iteratis:interponēdo tñ aliqñ tēpus notabile:ex lōgo tēpore dei grã liberaberis:vtens balneo ꝛ de aqua superi⁹ ordinata/puta ex vino maluatico/radicib⁹ et tyriaca/ordīe quo supra. ℞.seminis lini/apij/calamenti/bethonice/hedere terrestris/ebuloꝝ/maiorane/foliorū lauri/paritarie/piretri/seminis vrtice ana.m.j.vel quātū vis. Auicēna.2.canone ca. ꝓprio inquit:Tñ ipsu꞉ resoluit subtile ex humorib⁹/relinquēdo grossum:ꝛ inflāmat atq꞉ exiccat. Et ego credo Pricipē ītellexisse ꝺ his qui nō moderato vsu nec debito tꝑe vtunt ipo vt puta corpore nō purgato:nā Princeps corpore purgato assuetis ꝯcedit balneū istis ver

mesue.
Stuffa
balneū aliud.
Auice.
Quō balneādum.

bis. Utere ergo balneo ad educēduz que sunt in corporis superficie: nec sis in hoc tard⁹. Sz tñ in principio istius morbi/augmēto ⁊ statu si sint corpora plectorica/vł cacochima/ talia nō sunt balneo intromittēda. testis est Galen⁹
Gale.
3. regni inquiēs: Nullus plectoricus/neq̃ cacochimus balneo vti presumat: ne cōmoti humores aliquā faciāt egritudinē. vt sensit Hali
Hali.
abbas. v. theorice. ca. xiiij. cū inquit: Aliquotiēs malis aliquo i mēbro positis humorib⁹/illis quidē corruptis malorū quātitas augeť. Ideo corpora habētibus repleta balneo nō expedit vti anteq̃ cor⁊ euacuētur corpora. Sz q2 Princeps prohibet ne materia cruda euacueť: dabo syrupū magistralē longū/q̃ simul digerit: ⁊ tm̄ quātū digerit euacuat. Rx. fumiterre/capillor⁊ veneris/cuscute/lupulorū/cicoree melisse ana. m. j. vuar⁊ passular⁊/liq̃ricie rase añ. ℥. j. scabiose/borraginis/buglosse ana. m. j. polipodij. ℥. ij. flor⁊ borraginis/buglosse/violar⁊ ana. m. v. prunor⁊ damascenor⁊. vij. iuiubar⁊. v. ficuū pinguiū. ix. thymi/epitimi ana. ʒ. ij. corticū mirabolanor⁊ idorū/citrinor⁊ ana. ʒ. iij. folliculorū sene sine stipulis. ℥. v. zinziberis. ℈. iij. bulliātur oia simul in. v. lib. aque lactis caprini (preter epitimū) ad ↄsumptionē medietatis. stēt. viij. horis in infusiōe. Deinde iterū calefiāt: modice exprimātur: ⁊ fricētur fortiter: fiat colatura: clarificeť. Et addať syrupi de sti

Syrup⁹ magistralis lōgus.

hados/de fumoterre/de epitimo an.ʒ.ij.zuca ri.ʒ.vij.assumãtur.ʒ.v.vl'.vij.pro hausto. Ulti mo si materiã eradicatiue euacuare volueris poteris ordinare isto mõ. ℞. masse p.indarũ/ p.de fumoterre aggregatiuarũ an.℈.j. formẽ tur pillule.ix. Uel potes ordinare haustũ/vel bolũ. prudẽs eñ medicus in predictis põt ad dere vel minuere iuxta regionem/etatẽ/ com plexionem/consuetudinem ⁊ virtutem. Pillu-le.

¶ Decoctio pulchra.

¶ Recipe flox violarũ/borraginis/buglosse ana.m.ss.vuarũ passularũ/liquiricie rase/ta marindorum.ana.ʒ.j.ss.prunox damascenorũ numero.vij.radicis feniculi/petrosilini/cico ree an.ʒ.ss.seminis anisi/feniculi/endiuie an. ʒ.j.scabiose/borraginis/buglosse/lupulorũ/ fumiterre/scolopendrie/capillorum veneris ana.m.j.seminis cartami/agarici incisi an.ʒ. ss.zinziberis.℈.iiij.cinamomi electi.ʒ.j.thymi/ epitimi/ana.ʒ.j.ss.folliculox sene.ʒ.iij. Cõtun dantur contundenda grosso mõ: ⁊ ſm artem bulliantur in.viij.lib.aque vltra cõsumptionẽ tertie partis. Deĩde stent horis.xij.in infusio ne. Deinde iterum parum calefiant: fricẽtur ⁊ exprimãtur fortiter.fiat colatura:in qua dis solue syrupi de buglossa/de borragine/de fu moterre ana.ʒ.j.ss.zucari quantum sufficit ad dulcorandum. fiat potus dulcoratus ⁊ clarifi catus dosis.ʒ.vij. Deco-ctio.

Ca.xiiij.in quo ostēditur quid sit dolor: et de mitigatione doloris qui vt plurimū euenit in morbo Mentagre.

Dolor
Gale.
Plato
Dolor
in gñe



Dolor est passio subitanea/extra naturā existēs/cū magna angustia.vt tenet Galenus lib.quarto ca.6.Auctoritate Platonis in timeo/dolor est sensus nocitiui.Galeno testāte pmo de interiorib⁹ ca.j.Vel dolor est sensibilitas rei cōtrarie subito et materialiter impmētl.Et hec generalis definitio cōuenit oib⁹ specieb⁹ doloris.Ex qua definitione seq̄ videtur: q dolor sit passio virtutis aialis sensibilis.nā destructa virtute sensibili aiali nunq̄ fiet dolor.ideo mēbra stupida/paralitica nō sentiūt dolorez ergo dolor est qualitas sensibilis.Ex illo non credas/qd dolor sentiatur: sz bene cā doloris sentit.Nā dolor nil aliud q̄ tristis sensatio.et ipe dolor informat sensum/nō efficit sensum. Et hāc ob causam dolor nō est sensus/sed obiectū sensus.Deniq accidit quasi oib⁹ patientibus hūc morbū hoc accidēs:videlz dolores acutissimi in diuersis mēbrorū partibus toti⁹ ambitus corporis:permaxime in tibijs et brachijs.Dolores aūt acutissimi et acerrimi causantur a materia imbibita in mēbris neruosis/et in pelliculis ossiū et neruis/et in pāniculis musculorū/et in oib⁹ mēbris pāniculosis. Et in nocte plus q̄ in die dolēt: vt experiētia docet.

Dolores vñ causentur.

docet.rõ:qꝛ tẽpore somni mẽbra exteriora manent depauperata spũ:preterea ⁊ pori aliqua liter sunt obstructi tpe noctis: quare ceca trãspiratiõe fit pauca expulsio materierũ peccãtiũ. Etiã posses dicere:qꝛ hũores ĩ nocte a natura mouẽtur/per ipam esse retractã ⁊ fortiorẽ. Etiã qꝛ rõne hũiditatis noctis materia augetur:aut rõne frigiditatis pori obstruũtur. de die aũt natura diuertit a sensibilib⁹/⁊ non ita hũores mouet:tũ qꝛ debilitata:tũ qꝛ circa alias operationes occupata. Ad vlteriorẽ ṽo declarationẽ dictoꝝ doloꝝ est ĩtelligẽdũ ꝭm doctrinã Auicene secũda p̃mi de causis doloris/⁊ quarto de accidẽti et morbo:dolorẽ esse tristẽ sensationẽ maxime in sensu tactus ꝯtingentẽ. Ex hoc infertur:ꝙ mala cõplexio cũ sit obiectũ cõtristãs ⁊ improportionãs debitum organũ virtutis sensitiue:ideo hꝫ causare dolorẽ:cũ virtus sensitiua ex tali improportione habeat cõtristari:maxie si obiectũ subito imprimat. nã ex paulatina impressione quasi cõsuetudinaria facta nõ fit dolor. Caliditas aũt ⁊ frigiditas vehemẽtiores sunt ĩ efficiẽdo dolorẽ/⁊ citi⁹ impressiue. Propterea Auicenna quarta p̃mi ca.xxx. innuit dicens doloris cãs in duabus cõprehẽdi diuisiõibus:scilꝫ mutatione cõplexiõis subita/⁊ solute cõtinuitatis. Et postea dicit:qđ mutatio in cõplexione vel est ad calidũ/vel frigidũ/humidũ/vel siccuꝫ:

cur pl⁹ nocte ꝙ̃ die doleãt

Auicẽ.

Idem.

Mutatio cõplexionis.

vel est absq materia: vl' cũ humerosa materia aut est mutatio ad ventositatẽ/vel ad apostema. Et aduertẽdũ ẽ: q quiuis frigiditas sub aliquo gradu sit doloris effectiua: sub gradu tñ valde itẽto/hebetãdo sensuz mẽbri ẽ doloris remotiua. Siccitas aũt ẽ cã doloris/soluẽdo cõtinuũ. aut hũiditas. cũ materia mẽbri i extẽdẽdo sensibile valet ↄtristare virtutẽ vel rõne humorose materie/vl' ex vẽtositate eleuata ab illa materia/vl' matia apostemat. In hoc morbo dolor causat a vaporib⁹ eleuat ab illa materia/cõgesta i porositatib⁹ pãnicułoꝝ ⁊ neruosoꝝ mẽbroꝝ i vẽtositatẽ cõuersoꝝ. Et qr dolor magis rectã opationẽ ĩpedit. cũ dolor: ſm Aui. sit sensibilitas rei ↄtrarie: ita ſm Galenũ sedatio doloris ẽ delitie ꝑ appositionẽ rei ↄuenĩẽt/atq nõ sentire rẽ discõueniẽtẽ ⁊ ↄtrariã nature breuiter dicẽdũ: q mod⁹ doloris curatiu⁹ est sedatio doloris applicãdo ↄtraria causarũ doloris. Ideo Auicẽ. quarta primi ca. 30. dicit. Ad summũ qđ dolores sedat ẽ aut id qđ ↄplexionẽ mutat: aut qđ resoluit materiã: aut qđ stupefacit. Igit sedatio doloꝝ est/remouere cãm doloris que est dolori cõtraria. Et sedatio doloris põt fieri resoluẽdo materiam/vel vẽtositatẽ a quibus pẽdet dolor. Siliter q fit sedatio doloris stupefaciẽdo: nã stupefaciens remouet dolorẽ destruẽdo sensuz vl' ꝓpter infrigidationẽ multã: vel propter vẽtositatẽ cõ-

Frigiditatis operatio.

Uñ dolor mẽtagre.

Auicẽ.

Galen.

Auic.

trariā virtuti sensibili illi⁹ mēbri. Propterea Auerrois. v. colliget de medicinis mitigātib⁹ dolores inquit: Prima via mitigādi dolorem est/vt remoueat cā doloris. Secūda est/vt stupefaciat membrū ita vt nō sentiat dolorē. sicut fit cū opio. ꝛ i hoc est timor. Tertia est medicina: que facit in mēbro id qđ repugnat rei q̄ inducit dolorē. ꝛ istud est vere mitigatiuū. Ergo necesse est ꝙ medicīe que hoc faciūt sint tēpate/siles calori naturali: aut paruz calidiores. Ideo pñt iste medicine mitigare dolorē q̄ est ex causis calidis/ꝛ frigidis ꝑ eūdē moduz: eo qđ augmētāt calorē naturalē/q̄ est perfectissimū instrumētū nature. ꝛ tūc dominabit natura super malā ꝯplexionē que facit dolorē/ remouēdo. Propterea circa mitigatiōez ꝛ correctionē doloris maximā diligētiā medic⁹ habere dꝫ/ꝑpter id qđ Auicēna ait ꝑima quarti ca. 30. de sedatiōe doloris: Dis quidē dolor q̄ fit fortior interficit: qm̄ in primis accidit frigiditas corporis ꝛ tremor: postea fit puls⁹ paruus: deinde destruitur: ꝛ postea sequit mors. Hoc Gordonius cōfirmat inquiēs. Egritudines dolorose sunt multū perniciose siue periculose. Et ita opꝫ medicū multū esse sollicitū/ ꝛ festinare in remotiōe cause doloris quanto citius possibile fuerit: ne si fiat diuturnus/ex vehemētia doloris ꝛ ꝓstrata virtute deficiat. Idcirco regulariter prius est remouēda cā: cō

Auerrois. Calor naturalis. Cautela. Auicē. gordonius.

sequēter remouebit accidēs doloris. qm̄ cū vehe
mēs fuerit dolor/ et tāte intēsiōis vt nō det in-
ducias ad abscisiōez cause: primo oportebit i-
tēdere ad remotionē doloris. qr cura mēdosa
magis necessaria est/ et melior q̄ vera. vt Gal. 12.
terapē. iquit. Prima ergo via est sedare dolo
rē/ remouēdo rē ɔtrariā euacuādo/ aut alte-
rādo/ aut dissoluēdo. Et ista via est certa: vt in
quit Galeñ. et Aui. supra. Idcirco medic9 arte
doctus semp dz materiā mentagre digerere/
subtiliare/ mollificare: vt facili9 natura ad ex
teriora per pustulas/ vl' alio mō crisis expelle
re possit sensibiliter/ vel per cecaz trāspiratio
nē. Verūtñ cū ista materia mētagre melācho-
lica et terrea sit et sicca/ existēs in porositatib9
mēbrorum neruosorum: precipue i pāniculis ossiū
et ab ista materia eleuetur vapor/ q̄ cōuersus
in ventositatē causat dolores: Ad remouēdūz
istā causaz doloris/ que difficilime eradicari
pōt: pricipaliter necessariū est/ vt ista materia
cōiuncta et ɔgesta nō foueat a materia antece
dēte/ que ex malis cibis/ vl' ex inordinato regi
mine circa sex res nō naturales in epate et ve-
nis generātur. Sz vtilissimū est illā materiaz
digerere: et postea per iterpolatas vices ipsaz
materiā antecedētē euacuare: ne ɔuertatur in
materiā cōgestā/ et cōiunctā cū medicinis nō
fortiter educētibus materiā melancholicam.
Secūda via est: remouere dolorē stupefaciē-

Cura mēdosa. Gale. Quō dolor' remoueatur Scḋa via.

do:scilz eius sensum particularē tollendo/ita vt nō sentiat dolorē. Opz ergo medicinā applicare que stupefacere possit. melius est enim inducere aliquale nocumētū ad corrigendū membrorum dolorē/quam permittere doloribus hoiem mori. vt. xij. terapētice euidēter deducitur. Necessariū igitur medico trāsire ad dolorum sedātia stupefactiua/que nō vere/sed apparēter sedāt dolorē. et talia sunt cōtraryssima his que vere dolorē sedāt/remouendo cām doloris. Uerūtn̄ quia iste medicine stupefactiue sunt valde suspecte secundum magis et minus: idcirco cū maxima cautela tutiora sunt administrāda. hac de re quantitas et tēpus et hora debēt esse opportuna in administratiōe ipsarum. precipue ad intra per os bibita sunt multū timorosa/magis quam ad extra in membro doloroso applicata. Hac rōne in doloribus euenientibus i mēbris hoiz patiētiū hūc morbū mētagre/sit res mala et timorosa/administrare narcoticas inūctiones supra mēbra dolorosa. hac rōne: quia talia mēbra sunt neruosa/dense substātie/et strictorū pororum/et materia sicca/grossa/terrestris: et propter appositionē narcoticarum medicinarum pori magis obstruūtur et claudūtur/et sunt in cā maioris prohibite isensibilis vel sensibilis resolutiōis materierū cōtentarū in porositatibus mēbrorum neruosorum. Et quamuis propter medicamina narcotica stupefaciēdo sensuz mēbrorū dolorē patiētiū

Gale.

medicinarum stupefactiuarum administratio, qualis.

mēbra priuētur dolore: ꝛ hoies vexati tali morbo cū doloribus/ ꝛ cruciati ab ipsis putent et imaginent se esse liberos ꝛ curatos ab hoc crudeli ꝛ fedo morbo: post temp⁹ tñ redit fortior dolor/ ꝛ difficilioris curatiōis: ꝑpter ineptaꝫ materie dicte cōiūcte ꝛ ventositatis grosse resolutionē. Sꝫ in veritate multi cū vnctionib⁹ narcoticis curati fuerūt/ ꝛ post nūꝙ in eis recidiuū factū fuit. Cuius assigno taleꝫ rōnem: qm̄ in talibus qui ꝑpter vnctiōes narcoticas curati fuerūt/ fuit pauca quātitas materie antecedētis ꝛ cōiūcte: quare cū vnctiōibus narcoticis mēdose ꝛ accidētaliter sedat⁹ fuit dolor hincq̧ calor innatus fortior fact⁹ est: ꝙ potēs fuit resoluere illā materiā cōiūctā/ existenteꝫ in porositatib⁹ mēbroꝝ neruosoꝝ: ꝛ sic remotus est dolor. etiāq̧ calor naturalis fortificat⁹ remouebat malā qualitatē existenteꝫ in epate ꝛ venis. Rōnalis tñ practicus/ ꝛ sciētific⁹ medicus in curādo istū morbū mētagre obseruabit ordieꝫ supius a me enucleatū: nisi aliquoꝝ accidentiū fortissimoꝝ malicia curā peruertere coact⁹ fuerit. tunc eñ nullū ordinē habebit in curatiōe. qꝛ eius cāꝫ negligeret: ꝛ tm̄mō ad accidentiū remotiotionē in particulari intenderet dꝫ: ꝛ ꝙ primū ad narcotica est licitum deueniat: ꝛ somnū patiētib⁹ adducat/ ꝛ eos quietos faciat ꝙuis multa pericula somnifera inducāt. vt Auicēna in quarta ꝑmi ca. xxx. dicit.

Narcotica cur aliqñ curent.

Auicē.

Jn dolore cholico in exhibitione narcoticorꝫ magnificaꝫ malus finis. qm̄ materiā augmentāt: ⁊ frigus ⁊ cōgelationē ⁊ clausulam confirmāt. Eā ob rē Auicenna. xvj. tertij ca. iiij. inq̄t. Jn narcoticis est timor: lꝫ qn̄qꝫ accidat vt sint necessaria. Sed ipa qn̄qꝫ cōfirmāt / inq̄tū ingrossant materiā: ⁊ inq̄tū faciūt dormire: ⁊ ꝓlongāt necessitatē surgēdi ad eijciendū excrementa. Et quomodocūqꝫ sit: nō opꝫ vt narcotica administrētur: q̄diu ab eis excusatio esse pōt. Nō si necessaria fuerit: corꝫ administratio nō exhibeatur ei cuius facile infrigidatur corpus ⁊ debilitatur virtus. Et apparet illud in pulsu. Etiā Auicenna fen. xvj. tertij tractatu q̄rto ca. 2. de cholice cura inquit. Jncipientes sedare dolorē cū narcoticis cōponunt reꝫ maximi erroris. Administratio em̄ narcoticoruꝫ nō est curatio vera in aliquo. ⁊ illud ideo: quoniā curatio vera est incisio cause: sed stupefactio est cōfortatio cause: ⁊ destruitur sensus per eā. Et illud ideo: qm̄ causa est humor grossus: q̄re fit fortior ⁊ deterior: aut ipa complexio frigida fit frigidior: aut vētositas grossa fit grossior. Quare decreui in hoc ca. declarare / quō prudentissimus medicus possit ꝑm regulas medicine narcoticis vti: ⁊ hoc cū maximo timore ⁊ cautela. Et premissa ꝓnosticatione proponaꝫ: ꝙ dolor / aut aliquo aliud fortissimū accidens sopiaꝫ: ne virtus totaliter re

Auicē. Narcotica periculosa. Auicē.

Narcotica cur ⁊ quō administrāda. Auicē.

Idem. soluatur. cũ dolor permaxime virtutẽ psternat. Principe inquiete sen. secũda primi doc. secũda ca. xxij. Dolor virtutẽ dissoluit/ ꝛ membra a suis proprijs operationibus phibet: ita vt mẽbra ab aeris phibeat attractiõe: aut ci⁹ destruat operationẽ. Et in quarta primi ca. xxx.
Auicẽ. Auicenna ait. Dis quidẽ dolor qui fit fortior/ interficit. Ideo prudens medicus oĩ suo ingenio cũ rebus appropriatis ꝛ vere dolorem sedãtibus curare dolorem studeat. Et si medic⁹ cũ his nõ põt dolorẽ sedare: tũc cũ cautela ad narcotica transire dꝫ: eligẽdo ex eis q̃ magis correcta sunt ꝛ ab auctorib⁹ cõmẽdata. Et primo exteri⁹ apponat: tandẽ si necessitas extrema vrgeat/ per os exhibeat in modica quantitate/ ꝛ maxima cũ cautela/ ac magno timore.
Auerrois. Propterea Auerrois septimo colliget ca. de syncopi accidẽte doloris dicit: q̄ nõ sit narcoticis vtẽdũ/ nisi cũ infirm⁹ in articulo mortis esse reperit cã doloris. tũc cũ sedãtib⁹ dolorẽ intendere opꝫ/ cum q̄busdã remedijs mitigãtibus dolorẽ: a lenioribus tñ incipiendo. quibus nõ cõferẽtib⁹/ ad magis narcotica ꝛ somnifera tandẽ deueniendũ est. ꝛ non ad oĩa: sed solum ad correcta ꝛ cõsolata cum suis besoarticis lꝫ pueníre. Uñ Prĩceps quarta p̄mi ca.
Auic. xxx. dicit. Stupefacientis cõplexionem considerare debes/ ꝛ ipsius qualitatẽ: ꝛ que ex eis faciliora sunt dones.

Cap.xiiij.de causis doloris Mentagre: et cur excitentur post pmū somnū omni nocte.



Ause doloris, in Mētagra pñt dici duplices: alique manifeste: alie occulte. Manifestarū alique sunt intrinsece/vel cōiuncte: alique añcedētes. Alique extrinsece: sicut casus/percussio/obuiatio ad aliud/corp9 incidēs/cassans/cōterens vel cōtundēs/ extēdēs vel cōprimēs/aer calidus vel frigidus/seu siccus. vel aliud siīe: vt ignis/aqua frigida/nix. aut malicia regiminis egri: necnō influx9 supcelestes. vt volūt astrologi: ꝛ Cōciliator magnus differētia.lxxxviij. glacies/ꝛ venti/ꝛ accidētia aīe supfluentia/motus corporei fortes: coitus superfluus ꝛ laboriosus/somnus profundus ꝛ inordinatus/vigilie supflue/ꝛ maxime ciboꝝ vel potuū/vel medicinarū rare facientiū vel infrigidātiū: aut desiccātiū: ꝛ siīa. Et mala cōplexio causat dolorē/inqꝑtū ipsuz efficit: ꝛ inqꝑtū debilitat membrū: vnde parat ad recipiendū materias ꝛ aliqua de malis cōplexionibus. vt calida pōt esse cā attractionis ad membrū/ꝛ ad dispositionē materie ad fluxum/meat9 dilatādo/poros aperiendo ꝛ orificia. Et mala cōplexio/etiā frigida pōt esse cā ꝯgregatiōis materie in loco: ꝓhibēdo ne fiat bona digestio/bona maturatio/ac bōa expulsio. Et finaliter/ois mala cōplexio pōt eē cau

Dolorū mentagre cā eḃ varie.

Conciliator.

Cōplexio mala causa doloris.

sa debilitatis mēbri: ⁊ sic aggregatiōis materierū superfluarū in ipo intrinsecarū. Cause aūt sunt mala cōplexio/aut vētositas/aut humor. Materie vero que fluūt ad loca dolorem inducētia sunt sanguinee/cholerice/aut phlegmatice/aut ex his mixte. Et maxime accidit a phlegmate cholere admixte. que oīa superi⁹ pulchre sunt enucleata. Cholera autē se sola nō posset hūc dolorē causare: eo ꝙ ex sui natura expanditur ⁊ euaporat: lʒ sit mobilis. itē qꝛ pauca. Nō sec⁹ est de phlegmate. nā de eo maior quātitas in corpe reperit. A materia melācholica rarissime fit: qꝛ difficulter mouetur. Sʒ dicere posses: ꝙ ipa cōgeritur ibi ⁊ causat dolorem: eo ꝙ ossa/ cartilagines ⁊ ligamenta sanguine melācholico nutriūtur: ⁊ alique materie ꝑueniunt ad locū doloris ꝑ viā defluxus seu trāsmissionis: alie per viā cōgestiōis. Alie vero que deriuātur seu fluūt per meatus manifestos. s. venas/arterias. aut per meatus occultos: vt accidit i catarris. Cōiūcte ꝗdē cause pñt esse due. s. soluta ꝯtinuitas: aut subita alteratio. Añcedētes pñt eē cāe materiales hūorose/vl' vaporose. Hūorose ꝗdē vt sanguis aut phlegma/āt cholera/aut melācholia naturalis vl' inaturalis: simplices vl' ꝯposite/apostemātes vel nō apostemātes. Et vaporose quidē pñt esse cause antecedētes aliqñ cōpositionales. vt mēbri raritas: ⁊ siliter mala ꝯplexio mē

Cāe cō iuncte due. Añcedētes.

bzivicinãtis vel cõicantis mẽbzo dolẽti. Et di-
ctarũ causaꝝ tã extrinsecaꝝ ꝙ intrinsecaruꝫ ꝗ
dã pñt facere dolozẽ: qꝛ malã cõplexionem fa-
ciũt. Alie vero soluẽdo cõtinuũ: reliꝗue indu-
cẽdo malã cõplexionẽ ꝛ soluẽdo continuũ. Et Auicẽ.
de istis lege Auicennã secũda primi de motu.
qꝛ motus dolozẽ efficit per id qđ cũ eo accidit
extensiõe/ aut cõtusione/ aut ruptura/ aut ca-
lefactiõe. qm̃ motus calefacit. Cause intrinse Cãe intrinsece.
ce hũozales cãre possunt hũc dolozẽ. nam ma
li hũozes causant dolozẽ: aut cũ ipsoꝝ quãtita
te/ siue cũ sua multitudine extendũt: aut quia
peccãt in quãto ꝛ quali. s. in multitudine moꝛ
dacitatis. Et hoc faciunt ꝑ se/ aut ꝑ accidẽs.
per se/ id est ꝑ suã cozpulẽtiã/ vel virtutẽ: scilꝫ
cũ sua actiõe. sicut etiã pzoducũt malã cõple-
xionẽ diuersaꝫ: vel soluũt ꝯtinuũ. Et intelligẽ
do per accidẽs/ quãdo non ꝑ cozpulẽtiã: neqꝫ
per virtutẽ sue actionis/ sed cõsecutiue ꝑdu-
cũt ad malã cõplexionẽ/ vel solutã cõtinuita-
tẽ. Adhuc tñ scire vellẽ: quare excitentur ꝛ do-
lozes augeant post pzimũ somnũ oĩ nocte. hic
enĩ modus afflictiõis nõ reperitur in aliquo menta
humoze. Nã vt te nõ lateat: sanguis continuo gro si
affligit: cholera de tertio ĩ tertiũ: melãcholia post pꝛ-
de quarto in quartũ: phlegma oĩ die. Sꝫ Gẽ- mũ sõ-
tilis de fuliginio persuadet hũozes aliqñ mo nũ cur
ueri a ꝓpzietate occulta/ seu a fozma speciuo- excitẽ-
sa. Nã oĩs effectus eueniẽs circa determinatã tur. Gentilis.

spēm/oī tpe:videlʒ estate/hyeme/ꝟe/aut autumno:etiā etati oī/cōplexiōi ꝛ sexui semper aut vt plurimū:qui nō pōt reduci in cās manifestas/dʒ reduci in cās speciuocas/siue ꝓprietates occultas. Sʒ in mētagra hūores mouentur oī nocte/ꝛ post primuʒ somnū:ꝛ cā istius mot⁹ nō pōt reduci ī cās manifestas:ergo op⁹ est vt reducat ī cās speciuocas. Preterea somnus a medicis ī tres ptes diuidit. dicētes primū somnū a vaporibus eleuatis a prima digestiōe:secūdū a secūda digestiōe tertiū a tertia digestiōe. qui suauis ī aurora fit:ꝓpter vapores eleuatos a vēis suaues. Prim⁹ em̄ fortis ꝛ profund⁹ vt plurimū est:idcirco isti dormiūt. In secūdo nō pñt dormire:qꝛ vapores nō sunt ita grossi:quare ipsis excitatis spūs aīalis p oīa mēbra copiosius diffundit:quibus vapores maligni admiscent:ꝛ ad loca debilia delegātur seu expellūtur:ꝛ sic causant dolores illa hora. Et ego opinor mēbrū mandās fore cerebrum:vt in dolore fatigatiuo apparet.

somni partes tres.

Cap. xv. De accidentium correctione.

Curātia duplicia.



Curātia certe sunt duplicia Quedaʒ em̄ curāt cām remouendo cū cōtrario. sicut que discrasiā frigidā calefaciūt:ꝛ calidā infrigidāt:ꝛ solutā continuitatē vniūt:ꝛ euacuāt materiā discrasiam inducentē/aut solutā cōtinuitateʒ:aut diuertūt. Et ista nō proprie sedāt dolorē:qꝛ nō oēm

dolorē sedāt: ꝛ nō cōtrariant dolori inq̄tū do
lor est / sed cōtrariātur sue cause. Et quedā mi-
tigāt dolorē cū proprietate vel temperātia cō
plexionis deliciā inducendo. Et hec profecto
cura remotiua doloris propria ꝛ certa dici po
test. Et iste calorē naturalem multiplicāt ꝛ cō
fortāt: qui cōfortatus ꝛ multiplicat⁹ facile do
lorē superare pōt. Et in primis in oī dolore di
ligentius inquirere debes de oībus causis: de
inde cōtra eos procede cura meliori ꝛ vtiliori.
Et nō agas queādmodū stulti faciūt: qui solū
ad locū morbi intendūt. vnde incidūt in erro-
res grādes. huius rei Testis est Rasis. 25. con
tinentis dicens: ꝙ quidā existimabat qd̄ dole
bat ex cholica: ꝛ curabat se cū medicinis cali-
dis: ꝛ nō ꝯsequebat iuuamētū ex epitimatib⁹
emplastris suis / ſ3 poti⁹ dolor augebat in eo
ꝛ intēdebat. ꝛ facto ei clysteri ex oleo rutacio
vehemētior ꝛ peior facta fuit dispositio ei⁹ et
facto alio clysteri in quo positū fuit castoreū
cōuersa est dispositio ad peiorez ꝛ crudeliorē
dispositionē. ꝛ sumpta portione piperis cum
succo fenigreci / in deteriorē īcidit dispositio-
nē. Quapropter exinde cōiecturatus est: ꝙ in
intestinis ei⁹ erāt hūores pūgētes / inclusi in
corpore ipsius. Et dato ei cibo difficilis dige-
stionis / statim diminut⁹ fuit dolor. tādē pur-
gatus cū ierapigra / ꝛ secuta purgatiōe sana-
tus est grā dei. Qñ vero est mala cōplexio nō

cāe do loris ꝑ quirē- de.

Rasis.

pura/sed materialis simplex vel cōposita: tūc sola alteratio nō sufficit/sed alie requiruntur intentiones. Cū ergo materia faciens dolorē talis fuerit vt euacuari cōmode possit: non expecta digestionē. qualis materia syntomatica exuberās est: aut mixta sanguini/sanguine dominātc in cōmixtione. tūc ilico est euacuādū flebotomiā faciēdo. auctoritate Galēi. xij. terapentice dicētis: Si multitudo fuerit sanguinis: sicut in his qui flegmonem patiūtur: ilico flebotomādū est. & siliter si cū sanguine alij hūores fuerint mixti. Et nō solū in hoc dolore particulari flebotomia cōuenit/sed etiā in quocūq; trāsitū faciēte de mēbro nobiliori ad minus nobile: siue etiā ad membrū nobile qd principali membro minus propinquū existat. In dolore vero Mentagre talis flebotomia cōpeteret: sed pustulis iā apparentib9 ab ipsa fugiendū est tāq; ab inimico. naz si aliter faceres/nō esses medicus. nā medicus vt ois medicina clamat: est adiutor nature/nō impediēs eā. Natura eni vt vides/conatur expellere a cētro ad circūferentiā: flebotomia vero facit oppositū. quare in tali casu non cōpetit regulariter operādo. Hoc idē sit dictū de medicina solutiua. Verū si eā facere velles: obserua ad min9 canones gñales prima quarti ca. de phlebotomia dictos. Et in primis recorderis dicti Galeni primo ad Glauconē. qd ponit

Margin notes: Gale. — Flebotomia menta groso quādo bona. — Auicē. Gale.

Rabbi ꝑticula.8.suoꝝ apho.vbi tenet: ꝙ dolor fortis ꝓhibet phlebotomiā. Nihilominꝰ ipe Galenus in diuersis locis oppositū dicit qd̄ i dolore forti nulla medicina melior existit flebotomia: etiā vsq͂ ad syncopim. Et hāc flebotomiā vsq͂ ad syncopim nūꝙ͂ nisi in meipo vidi: q̄re eā abhorreo: nec suadeo vt talis fiat cū sedes aīe sit sanguis. etiā sanguis spirituo sus/benignus ⁊ bonꝰ exit: grossius vero remanet ꝓpter stricturā apertiōis venaꝝ. Hec aūt cōtradictio in dictis Galeni tollit per ea que ipe Gelenꝰ dixit.xij.terapētice: qd̄ in flegmone ilico flebotomādū est/virtute exn̄te forti. si v̄o imbecillis fuerit: nequaꝙ͂. Si v̄o v̄tꝰ fuerit fortis stāte dn̄io sanguinis multo: flebotomādū est vsq͂ ad syncopim. Alioꝝ vero humorū a sanguine dolorē inducentiū cura/vt dicit Galenus.xij.terapētice/est euacuatio illorū humoꝝ qui contristāt. Et si quidē mordax hūor cholericus acutus dolorem efficit: ꝯtrarijssima huic hūori sunt ea que attenuāt ⁊ calefaciūt. quare talis humor euacuandꝰ erit cū his que cōueniūt. Et denꝭ ingrossantia ⁊ infrigidātia: qm̄ ꝑ hmōi fit eiꝰ digestio. et siliter si humor frigidus fuerit ⁊ grossus/infrigidantia ⁊ ingrossantia cōtrarijssima sunt. Sed opꝫ ipm incidere ⁊ attenuare ⁊ calefacere. hoc eni pacto ipe digerit. quo digesto/euacuetur cū appropriatis ⁊ vnicuiq͂ prudenti notis. Et si

Rabbi

Galenꝰ

Phlebotomia vsq͂ ad sincopim si bona.

Galenꝰ

Idem.

euacuatio nõ sufficit/aut fieri nõ põt/ ꝑpter imbecillitatẽ virtutis/vel aliã cãm:quicunq; humor fuerit/ꝯsilio Galeni diuertamꝰ mate riã a loco doloris/deducendo ad mẽbra igno bilia.obseruatis canonibus de diuersiõe. Et nota qd diuersio aliqñ fit ad partẽ ꝓpinquã aliqñ ad lõginquã.aliqñ ꝑcedit eã euacuatio. aliqñ nõ.Itẽ diuersio aliqua põt esse euacua tiua.vt illa que fit ꝑ phlebotomiã/aut fluxũ ventris/⁊ siſa. Aliqua nõ euacuatiua. vt illa que fit per ligaturã/ventosas/aut medicinas rubificãtes:⁊ vniuersaliter per ea que dolorẽ inducũt.¶Preterea nota:qd materie existẽtes in venis/vł vasis ⁊ in mẽbris cõibus faciliter diuertũtur.Quare caue ne diuersio fiat secũ dũ duas diametros cõpletas:⁊ maxime mate ria iã fluxa.sed in materia fluente posset fieri ſm duas diametros.Si vero nec euacuatio/ nec diuersio fieri possit/dolore ꝑmanente ac infestãte:in tali casu vtere epitimatibꝰ/inun ctiõibus/emplastris/⁊ aliis similibꝰ euapo rationẽ facientibus.in quoꝝ approximatiõe hos canones obseruabis.Quoꝝ vnꝰ est:qd stã te repletiõe in corpore/vel qñ timet fluxꝰ ma terie ad locũ:hec secure minime approximãt saltẽ pura:cũ ampliꝰ agitent materiã ⁊ dispo nãt ad fluxũ.q̃propter ĩ tali casu cũ eis erunt admiscẽda stiptica ꝯfortãtia. Secũdus casus nõ est:vt hmõi oĩa calida actu approximent

⁊ non

Idem.

Diuersio duplex.

quõ fieri debeat diuersio.

ꝛ nō frigida. Et hoc precepit Hippocrates.v. Hipp.
aphorismoꝝ: Calidū vero saniez faciēs ꝛc. vbi
loqtur de calido actu: qđ est sedatiuū doloris.
Hoc idē tenet Rasis.xxv. cōtinentis ca.iij. di- Rasis.
cens: Epitimatū calefactio mitigat dolorē: qꝛ
rarefaciēdo mēbra dissoluit illud qđ in eis su
perfluū est. Infrigidātia vero membroꝝ dolē Infrigidantia mala.
tiū mala sunt. vt quotidiana experiētia in mē
tagra ostēdit. eo ꝙ densant ea/ꝛ prohibēt dis-
solutionē: ꝛ exinde augeť extēsio ꝛ dolor. Im-
mo infrigidatio nō cōuenit doloribus: nisi in
illo qui fit a mala ꝯplexione absq; materia. ve
lut euenit i dolore capitis a calore solis: aut in
frigidatio q̄ fieri dꝫ i herisipylla. Quare Hip Hipp.
pocrates.v. sexatoꝝ sermonū sermōe illo: Ul-
ceribus q̄dē ꝛc. dicit: ꝙ frigidū dolorē sine sa-
nie facit. et hoc intelligiť de frigido actuali ꝑ
se. Nā frigidū per accidens dolorē sedare po- Frigidū per accidēs dolorē sedat.
test stupefaciendo/aut calorē naturalē vnien-
do ꝛ fortificādo. Calor cū naturalis vnit⁹/for
tificat⁹ causaꝫ doloris aliqñ curat/ꝛ abscidit.
Alius canon est: qđ materia existēte frigida/ Nota.
nō debēt applicari calida eleuata i gradu. Et
hoc tenet Galen⁹.12. terapentice. Nā dolores Gale.
prouenētes a grossis ꝛ viscosis hūoribus nō
debēt curari cū epitimatib⁹/aut cataplasma
tib⁹: aut alijs calefaciētib⁹ vehemēter. nā si nō
euaporātur predicti hūores frigidi/grossi/vi
scosi/extēdūtur ꝛ ventosanť/ꝛ dolorē augent.

Sz eos digerere/ ⁊ euacuare opz. Quapropter in talibus casibus eligenda sunt calida/ tēperata. De quoꝝ calefactione intellexit Galenꝰ.
Galen. 2. regiminis acutoꝝ: ⁊ Rasis 25. ꝯtinentis/ di
Rasis. cens: Calefactio mitigat dolorē: q2 attenuat ⁊ subtiliat hūores: ⁊ dispergit ptē ventositatis: mitigādo extensionem. hec em̄ calefactio pōt fieri multꝫ modis. Si vero materia faciēs dolorē fuerit vētosa/ aut pauca absq3 humore a quo eleuer/ aut cuz pauco humore: appositio
Idem. ventose/ aut vaporatio cōfert. Galenus vero xij. terapentice dicit se curasse dolorē vētosuz cū potibus ⁊ cibis attenuātibus/ ⁊ infusionibus/ cataplasmatibꝰ/ ⁊ fomētatiōibus. ⁊ subdit dicens/ dolorē ventosuz curasse cuz appositione magne ventose. Et ego in actu practico vtor ista ventosa in cholica. Et cū istis concor
Rasis. dat Rasis. xxv. cōtinētis dicens. Ventose cuz igne dissoluūt dolorē ex ventositatibus grossis vbicunq3 apposite fuerint. Hoc idez dicit
Auic. Auicēna quarta primi. Si vero fuerit multus humor operās ventositatē: siue fuerit apostemās/ siue nō apostemās: quis seder ex euaporatiōibus/ ⁊ appositiōe ventosarū/ dolor profecto reuertit: in tali casu euacua humorē ipz. Galenꝰ. vj. de simplici medicina dicit: Medicine calide ⁊ humide in primo gradu carētes oī stipticitate: ipse em̄ digerūt ⁊ adequāt complexionē/ ⁊ dissoluēdo euacuāt. Iste em̄ medi

cine eo ꝙ augmentāt calorē naturalē / q̄ est instrumētū nature / sedāt dolorē: nā aucto calore naturali / ab ipso separat mala ꝯplexio / q̄cunqꝫ sit illa faciēs dolorē: ꝛ ipꝫ curat ꝛ remouet. Ut sunt medicie sequētes. Semē lini / anetū / maluauisc⁹ / camōilla / adeps galliarū / vitell⁹ oui / fumusterre / corona regia / crocus / ciamomū / laudanū / rapa cocta ꝛ emplastrata / aqua calida ꝛ tepida / oleū camomille / ꝛ aneti: ꝛ totū id q̄d fuerit i gradu istoꝝ i caliditate / ꝛ hūiditate. De maluauisco autē dicit Rasis: q̄d mitigat dolorē / cū forti violētia ꝓhibēdo ꝙ nō fiat apostema: ꝛ dirigit neruos extortos: ꝛ dissoluit. Hoc idē oleū de camomilla: ꝛ oleū aneti / ꝛ succ⁹ vuaꝝ. Et oīa vnguēta maturatiua mitigāt dolorē. Et cū his cōputare poteris semen apij. Mollificātia vero ꝛ ꝑ ꝑte resoluentia mitigāt dolorē: q2 molliēdo resoluūt. vt anetū / semē lini / mellilotū / camomilla / semē apij / amigdale amare: ꝛ oēs res in primo gradu calide. Administratio autē talium certis conditionibus fiat. vt puta post euacuationem: si euacuatio fuerit necessaria.

Medicine sedantes dolorē

Rasis.

Unctiōes ꝛ ēplastra doloꝝ mētagre sedatiua.

In cā frigida valet emplastrū confectū ex farina seminis lini / mellilotí / aneti / ꝛ florib⁹ camomille / fenigreci. incorporetur cū oleo de camomilla. applicet actu calidū. Si

Emplastrū in cā frigida.

materia fluens fuerit frigida: euacuetur vt decet: nō vna vice tm̄/imo iteratis vicib⁹: nā melior est multiplicatio numeri q̄ quātitatis. testis est Auicenna prima quarti ca. de phlebot. Utatur vo mitu: postea tyriaca. nā cōsumit residuū materie/calefaciendo ꝛ exiccādo panniculos/musculos/chordas ꝛ ligamēta. Preterea in doloribus a causa frigida vtere vnguentis calefacientib⁹ ꝛ subtiliātib⁹ materiā grossaꝫ. Et in statu ꝛ declinatiōe misce aliqua mollificātia cū dissolutiuis: ne subtile resoluatur/ꝛ grossuꝫ remaneat/ꝛ induretur: ꝛ in nodositates ꝯuertatur. vt sepenumero accidit: ꝛ presertim in tibijs. Quare aliqñ resoluentia sunt applicāda: aliqñ mollificatiua. Et si ꝯtingeret induratio vel nodi: Recipe radices altee/ꝛ in vino albo coque: ꝛ cum assungia galline tere. suppone actu calida.

Auic.

In statu ꝛ declinatiōe. q̄d

Ad apostemata dura.

¶ Unguentū aūt sedās dolorē/mollificatiuū ꝛ resolutiuū ē hoc ℞. mucilaginis seminis lini/mucilaginis altee ana. ʒ. ii. olei d̄ spica/amigdalarū dulciū/camomille ana. ℥. ß. butyri recentis sine sale ℥. j. gūmi arabici/dragāti ana. ʒ. j. cū cera fiat vnguentū. Aliud Auicenne doloris ilico sedatiuum. ℞. fenigreci lib. iij. aceti quātū sufficit. misce: decoquātur quātū tibi videtur. Deinde de melle adde sufficientiā/ꝛ bullias iterum. fiat emplastrū: caliduꝫ apponatur. Aliud qd̄ valet in cā frigida/ꝛ remouet tumo

vnguētum.

Aliud auicenne.

rem. Recipe succi herbe gratia dei lib.j.succi radicis ebuli/succi radicis vrtice ana.lib.ſ. assungie vulpis/seu catti ana.ʒ.vij.ꝛ si talis assungia nō reperiē/pone de assungia porci.cere rubee.ʒ.iiij.misce:fiat vnguētū. Emplastrū qd resoluit/mollificat/ꝛ tollit dolorē/ꝛ pfert in declinatione ℞.radicū maluauisci fortiter pistatarū lib.iij.furfuris p.iij.florū camomille.ʒ.ij.ſ.coquaē furfur i debita quātitate vini: ꝛ coletur:ꝛ cū dicta colatura coquātur radices ꝛ camomilla.fiat emplastrū vt decet. Si vero materia esset valde frigida/vtere hoc vnguēto.℞.piretri.ʒ ij.castorei/piperis ana.ʒ.j.olei costini quātū sufficit.misce fiat vnguentū. Et qꝛ valde forte est:ideo alternatis dieb⁹ inungātur membra dolentia cū dialtea/vel cū marciaton. Et in hoc casu Auicēna laudat emplastruꝫ de stercore vaccino remota plectoria:distem pereē cuꝫ lixiuio. Et hoc pro rusticis. Ad dolores aliud expertuꝫ.℞ radicū cucumeris asinini/iusquiami per mediū diuise per lōgū ana lib.ij.olei cōis lib.vj.vermiū terrestriuꝫ in vino suffocatoꝝ sexagita numero/vini rubei quātū sufficit:puta quartā parteꝫ lib.hec oīa coquātur ad cōsumptionē vini ꝛ quarte partis olei.colēē:ꝛ vsui reseruenē. Ex quo actu calido in exitu stuffe inūgātur loca dolētia.hoc qꝫ fiat ante prādiū/ꝛ añ cenā. Et si dolor ī nocte infestat/fiat iterū:corpore prius purgato.

Aliud ī cā frigida.

Emplastrum.

vnguētū ī cā valde frigida.

Ad dolores aliud.

In causa calida dolorẽ inducẽte valet istud vnguentuz. ℞.pinguedinis pulli ⁊ anatis recẽtiũ/butyri recẽtis/⁊ adipis porci recẽtis/ cere albe ana.ʒ.j.olei camomillini/anetini/amigdalaꝝ dulciũ/mellis ana.ʒ.ß.mucilaginis/altee/seminis lini/⁊ fenigreci ana.ʒ.ij.misce:fiat vnguentũ vt decet.Galen⁹ secũdo de interioribus/⁊ Rabbi.xij.particula suoꝝ aphorismorũ:cuz dolor est in pelliculis ossa circũdãtib⁹: sentit dolor in interiorib⁹ corporis/⁊ in profundo mẽbri in quo est.⁊ imaginãtur: q̄d dolor sit in interiorib⁹ ossiuz suoruz.hac de causa iste dolor ab aliquibus vocatur perforatio.

In causa calida vnguẽtũ.

Gale. Rabb.

Aliud pulchruz doloris sedatiuũ ĩ materia frigida.Fiat coctio vni⁹ vulpis in sufficienti quãtitate aque:in q̄ folia roris marini/⁊ aliquid de camomilla/paritaria/⁊ matricaria positũ fuerit.bulliãtur ad ꝯsumptionẽ medietatis ⁊ separationẽ ossiuz a carne.demũ colẽtur: ⁊ dicte colature adde olei cõis ad ꝓportionez medietatis aque.⁊ iteruz simul bulliãt ad cõsumptionẽ tertie partis.Et cuz hac decoctiõe fomentẽtur mẽbra dolentia:aut infundãtur dicta mẽbra: presertiz tibie in dicta decoctione.⁊ hoc cõtinuctur aliquibus diebus.Aliud.℞.succi aneti/succi cauliuz ana lib.ij.mucilagis fenigreci ⁊ semis lini añ lib.ß.olei violaꝝ.ʒ.iiij olei de ruta lib.j.olei de camomilla lib.ß.farie seminis lini/⁊ fenigreci ana.ʒ.v.farine fabaꝝ

Sedatiuum Doloris sedatiuũ

Sedatiuum. aliud.

quātū sufficit. misce: fiat emplastrū. & actu calidum applicet mēbro dolenti. Aromata p cōfortatiōe mēbroꝝ in pauco vsu/ & pcipue cinnamomū cōcedi pñt. vel in cibo pōt poni pulvis iste. Recipe carui/ anisi/ ameos/ petrosilini/ apij/ maratri/ bethōice/ cimini/ calamēti/ pulegij/ isopi/ spicenardi/ piperis/ maiorane: folij balsamite/ ozimi/ cardamomi/ galange/ liquirice añ. ʒ. ij. zucari taberset. ℥. v. misce. hic pulvis maxime ɔueniēs est hñtib⁹ stomachū debilē/ cerebꝝ frigidū. letificat cor: & acuit sensus: memoriā cōfortat. Preterea sunt nōnulli qui sentiūt in brachijs & tibijs/ & psertim in superficie similitudinē vlcerū: ita vt nō permittāt se tāgi: acsi talia mēbra cēnt excoriata. Dico ꝙ hic dolor accidit a multitudine superfluitatū subtiliū & acutaꝝ: & aliqua factiōe carnis & adipis/ aut hūoris mali: qui si cū sanguine bono misceret/ pessimas causaret egritudines: ipm inficiēdo/ & in eādē materiā ɔvertēdo. & hac de cā natura corpis regitiua irritata sequestrat & expellit eū ad superficiē & ad exteriora. Hui⁹ ꝟa cura est digestio & euacuatio dicte materie/ alteratio mēbri lesi/ & demū cōfortatio. Aliud sedatiuū doloꝝ. ℞. butyri recētis/ olei violati ana. ʒ. j. assungie galline/ annetine/ anserine/ medulle bouis oīm recētiū añ. ʒ. vj. fiat vnguentum cū cera: & valet in doloribus membrorum neruosoruz. Preterea oleū

Cōfortatio mēbrorū aromatica

Dolor pūgitiuus.

Sedatiuū doloris.

de vitellis ouorum est singularissimum in doloribus dictis. vt Guido dicit. Gale. in. ij. pharmacorum. Guido Gale. Dia hec medicinalia et similia sedant dolorem facta euacuatione proprie per flebotomiam: si dolor sit fortis/ et de materia sanguinea. nam phlebotomia sedat dolorem vera sedatione: cum causam cito remouet. et de hoc inter Doctores non est contrarietas.

post vnctionem quid faciendum. Est etiam necessarium: quod post vnctionem factam cum vnguento vel oleo in membro dolenti/ post duas vel tres horas membrum dolorosum vnctum iterum suauiter exiccetur: vt res vnctuose prouenientes ab vnguento vel oleo remoueantur: vt illud membrum dolens non maneat opilatum. et materia talis coniuncta non euaporet/ et dissoluit sensibiliter vel insensibiliter possit.

Cap. xvj. vnguenta/ gargarismata/ et certas lotiones ordinat: et quae sit natura argentiviui docet.



Habuisti superius multa emplastra/ et vnctiones cum quibus hos dolores fortissimos curare poteris precedente purgatione et digestione: sed quia materia aliquando est adeo rebellis/ vt narcoticis vti oportet: et licet multe et diuerse compositiones vnguentorum inuente sint scripte a Rasi/ Ab Auicenna/ et ab alijs doctoribus antiquis: et modernis/ precipue a Gordonio et Guidone que curant omnem speciem scabiei/ et valent ad scabiem sedandam et pruritum: in quibus vnguentis quasi omnibus ingreditur argentumviuum/ extinctum cum saliua

hoīs ieiuni: ꝛ mirabilē faciāt operationez in hoc morbo mentagre ꝛ eius accidentibus dolorosis: ego tñ nō cōsulo vsuz vnguētorū in quibꝰ ingredit̄ ar.vj. nisi magna cū cautela fiāt/ ꝛ in debita quātitate cū suis besoarticis: nā nocumentū aliqñ iuuamento est maiꝰ. Testis est Auicēna li.iiij.fen.sexta tractu primo summa secunda ca.ij. vbi inqt: Et qñqꝫ pducit ad epilētiā ꝛ apoplexiā: ppter lesionē cerebri cuz frigore eius: ꝛ cōmotionē ꝛ pmutationez ipsius cerebri. Preterea idē septima quarti tractatu iij.ca.vj. Elonga illud in quo ingredit̄ argētū viuū a partibus stomachi ꝛ mēbroꝝ nobiliū. Administret̄ ergo cū timore. Discordia āt magna est de argento viuo inter Doctores. Naz Paulus/ Almāsor/ ꝛ Serapio ipsuz ponūt calidū ꝛ humidū in quarto gradu. Et Auicenna oppositū ponit: scilꝫ qd̄ est frigidū ꝛ humidū in secūdo gradu. Et quis Platearius in libro simpliciū medicinaꝝ in ca. pprio argentiviui dicat ꝙ est calidū ꝛ siccū in qrto gradu. ꝛ postea dicat: In quibusdā libris inuenitur ꝙ est frigidū in quarto: in effectu tñ ciꝰ caliditas esse pbat̄. qꝛ dissoluit/ incidit/ penetrat. Sed quia valde frigidū/ actualiter frigiduz dicit̄: p ista maxima discordia iter Doctores solēnes ꝛ veteres difficile verū inuenit̄. Sed pro vera noticia ꝛ declaratiōe huius qōnis: si argentū viuū sit calidū ꝛ humidū in quarto/ vel frigidū

Auicē.

Idem.

Doctorum de argento viuo discordia

Platearius.

Argentũ viuũ duplex. Artificiale ar. vi. ꝛ humidũ in secũdo: dignũ est notare/ qꝺ argentũ viuũ duplex est. quoddã artificiale: quoddã minerale. Artificiale qꝺ fit cuꝫ igne: ꝛ ꝯficit ex dictis Doctoꝝ. Minerale aũt inuenitur i minis metallorũ. Artificiale ꝙ fit cum igne est ex lapidibus minere. sicut fit aurũ ꝛ argentũ. vt

Auic. dicit Auicẽna. ideo ipsuꝫ est calidũ ꝛ siccũ. qñ vero sublimaẜ est calidius. Eã ob rẽ dicit Auicenna secũdo canone: Argentuꝫ viuũ/ supple artificiale/ sublimatũ ipsum est interficiẽs/ ꝓpter vehementẽ incisionẽ. Et de isto argẽto viuo dixerũt Doctores superi⁹ nominati: ꝙ est calidũ ꝛ siccũ in quarto gradu: per rõnes assi-

Argẽ. vi. minerale gnatas. Veruntñ argentũ viuũ minerale simplex est frigidũ ꝛ humidum. Et sic bene dixit Auicẽna in secũdo canone/ ꝙ est frigidũ ꝛ humidũ. vt superi⁹ fuit probatũ. ꝛ Princeps al-

Auicẽ. legatus septima quarti: Et perducit ad epilẽtiã. Probaẜ etiã rõne eius frigiditas: qꝛ valde põderosuꝫ est: ꝛ põderositas frigiditatẽ ostẽdit/ ꝛ nõ caliditatẽ. Propter discordiã ergo ꝛ cõtrouersiaꝫ inter Doctores de argẽto viuo/

Epilogus dictoruꝫ lꝫ eo vti cũ cautela ꝛ custodia. Preterea scire debes: si ea q̃ superi⁹ sunt a me dicta fuerint diligẽter obseruata: puta ꝙ in primis sit facta digestio: post euacuatio/ diuersio/ ꝛ membrorũ cõfortatio: preterea regimẽ circa sex res nõ naturales fuerit diligẽter obseruatũ: ꝛ adhuc nõ fuerit eger a dolorib⁹ ꝛ pustulis liberat⁹:

tūc cū cautela lz facere inunctionē cū vnguentis inferius descriptis/in partibus mēbrorū vbi dolor fortissim⁹ sit. Aut vngant partes domestice brachiorū/crurū. Et per istas vnctiones fortassis remouebit dolor/z tollent pustule. Et hoc experientia visum est:qz multi passi mētagrā cū doloribus/vnctiōe vnguētorū inferius descriptorū sanati sunt pfecte:z postea nūq̄ passi sunt mentagrā/nec dolores. Et ego credo hui⁹ causaz fuisse paucitatē materie antecedētis z cōiuncte:quare calor naturalis reuocatus ad interiora mēbrorū propter vnguēti narcotici vnctionē fortis factus fuit/ad resoluendū vētositatē/z materiā imbibitā/coniunctā in porositatibus mēbrorū neruosorū:si pauca fuerit z apta resolutiōi sensibilis vel insensibilis. Si vero multa materia steterit:nō sequetur iuuamentū/imo nocumētū in doloribus:pter clausionē venarū z pororū neruosorū:nec tota materia cōiūcta resoluta fuit sensibilit/vel isensibiliter. Hac de cā redeūt post tēpus dolores in mēbris fortiores q̄ in principio morbi fuerāt. Posset nūc prudēs dicere: ergo malū erit inungere mēbra cū vnguentis narcoticis/vel in quibus ingredit argentum viuū:quare ergo das cōsiliū inungi mēbra cū istis vnguentis: Rñdetur ponēdo cōclusionē talē/dicēdo: qd talia vnguēta cū argēto viuo sunt administrāda pter hoc:qz tutius est in

vnctiones q̄re liberent.

Questio.

Rñsio.

doloribus fortissimis/ducẽtibus infirmũ ad destructionẽ virtutũ/ & pcipue vitalis vsq ad
Auicẽ. syncopim/ q dimittere egrũ mori. Nã ex dolore forti moritur eger. testis est Auicẽna pria quarti fen. iiij. ca. xxx. Dis q dolor q fit fortior interficit. qm ex eo in primis accidit frigiditas corporis/ & tremor &c.

Sequitur de Unguentis.

Qm aũt eorũ qui curã huius morbi profitẽtur numerus est satis illaudabilis ac subrusticus: vt qui nedũ in vera medicĩe sciẽtia/ sed & in vnctiõibus quoq suis plurimũ aberrẽt: placuit in his põderib⁹ iustis ac fideliori traditione & curãtez/ & patiẽtez informare: ne qd imperfectiõis arti nr̃e impingat. Uñ qr materia mẽtagre aliqñ est ita rebellis q nõ potest p intus suscepta digeri: opz q ad extra applicent q hãc materiã in digerendo iuuãt: adeo/ vt quãtũcũq materia sit digestiõi inobediens hoc mõ digerat: scilicet ab extra & itra. Nec de hoc mireris/ scilz de applicatiõe medicine ab
Sispt⁹ extra & intra ad digerendũ: qm Sispertus in cura tertiane ɔposite ait: Opz digerere mate
Qs ordo seruãdus Medicine lenitiue. Syrup⁹ riã cũ emplastris/ fomentatiõib⁹/ vnctionib⁹ & hmõi. Talis ergo seruetur ordo. Primo patiens accipiat medicinã minoratiuã vel lenitiuã. vt puta. ℞. electuarij lenitiui/ diacassie añ. ℥. vij. cõfectionis Hamech. ℥. j. ß. fiat bolus cuz zucaro. Die sequẽti patiens accipiat syrupuz:

vt puta de fumoterre/de stilrados: cũ aq̃s endiuie/fumiterre/lupulorũ ana quãtũ pro dosi sufficit. Tertia vero die facias inũgi cũ vnguẽto inferius scripto/oẽs partes domesticas tibiarũ/et brachiorũ/et plãtas pedum/et palmas manuũ: parũ apponẽdo de vnguento. et hoc qñ patiẽs vadit dormitũ. Et de mane etiã accipiat suũ syrupũ: ita vt sexta die sint accepti sex syrupi/et sint facte tres vnctiões. Et tũc dabis medicinã solutiuã: vt humores qui per os expelli deberẽt ad inferiora diuertãtur. et sic nocumẽtũ in ore euitabitur. In dieb⁹ aũt sequẽtibus sili mõ vtaris/fortificãdo aliqualiter digestiuũ. vt dãdo syrupũ de epitimo. ℞. butyri recẽtis. ℥. j. ß. assungie porci medie inter recentẽ et antiquã lib. ß. tyriace etatis decẽ annorũ. ʒ. vij. metridati. ℥. ß. argẽti viui. ʒ. vj. litargirij. ℥. ß. salis. ℥. ß. fiat vnguẽtũ in bona forma. Vnguẽtũ aliud. ℞. assungie porci recẽtis. ℥. ß. terbentine de pino/litargirij auri/ceruse ana. ʒ. j. argẽti viui extincti cũ saliua hoĩs ieiuni. ʒ. ij. olei rosati perfecti. ʒ. j. olei laurini. ʒ. vj. succi acetositatis citri quãtũ sufficit. fiat vnguẽtũ. Aliud. ℞. litargirij. ʒ. iij. tartari. ʒ. ij. argẽti viui extincti. ʒ. iij. ß. succi celidonie/fumiterre/scabiose/lapacij acuti ana. ʒ. j. ceruse lote. ʒ. ij. et cũ assungia porci antiqua et pauca fece aceti fortis. fiat vnguentũ. Aliud. ℞. terbẽtine/masticis/olei petrolei añ. ℥. ß. olei vulpini. ʒ. ij. vnguẽti agrip

Vnguentum.

Aliud.

Aliud.

Vnguentum.

pe/dialtee ana.℥.ß.pinguedinis vrsi.ʒ.v.pin-
guedinis gallic.ʒ.ij.resine pini.ʒ.vj.ceruse/ar
genti viui ana.℥.ß.pinguedinis porci.℥.j.ß.aq̄
Aliud pro pustulis. vite.ʒ.vj.fiat vnguentũ in bona forma. Ad pu-
stulas. ℞.terbentine/pinguedinis hyrci ana.
℥.j.ceruse/litargirij auri/aluminis vsti ana.℥.ß
olei laurini.℥.ij.cere quãtũ sufficit.fiat vnguẽ
Aliud. tũ: vngat vbi opꝫ. Aliud. ℞.vini albi lib.ß.olei
rosati.ʒ.iij.terbentine.℥.ß.litargirij auri.ʒ.ij.ß.
ceruse.ʒ.j.ß.cere albe quãtũ sufficit fiat vnguẽ
tũ molle hoc mõ. Bulliant singula i vino cũ
Pro scabie. oleo ⁊ cera ad cõsumptionem vini: ⁊ vngat vbi
opꝫ. Vnguentũ pro scabie. ℞.terbentine bene
lote.℥.iiij.butyri loti.℥.ij.salis.ʒ.j.succi citrãgu
loꝝ/vitelloꝝ ouoꝝ ana numero.iij.olei rosati.
Aqua mirabilis. ℥.j.misceantur oia simul.fiat vnguentũ. Aqua
mirabilis in hoc morbo. ℞.aque plantaginis
lib.ß.argẽti sublimati.℈.iiij.aluminis crudi.℥.
ß.puluerizanda puluerizent/⁊ misceãtur.⁊ in
ista aqua intingat penna: tangant pustule/in
Alia. paucis dieb⁹ cadẽt. Alia aqua. ℞.tartari albi
vel rubei/cãfore/aluminis roce/ana.℥.ß.argẽ
ti sublimati.ʒ.j.puluerizẽt subtiliter/⁊ bulliã
tur in aqua rosata/borraginis/fumiterre ana
℥.ß.bulliãtur ad cõsumptionẽ tertie partis.la
uentur vbi opꝫ bona cũ cautela ⁊ discretione.
Verũ si curare poteris cũ alijs ingenijs preter
ꝙ cũ vnctionib⁹ ⁊ lotionibus/laudo ⁊ cõmẽ-
do: nã iuuamẽta eoꝝ aliquid nocitiui in se cõ-

tinẽt. Et qꝛ vt in plurimũ cõtingũt nocumẽta oris in dicto morbo/ q̃re gargarismata sequũtur. ℞.rosaꝝ albarũ ⁊ rubearũ ana.m.ß.camomille/saluie ana.m.j.bulliãtur in vino/ ⁊ colẽtur: cui colature addant aluminis vsti.ʒ.ij.diamorõis.℥.j.mellis rosati colati.ʒ.ß.vini granatorũ.℥.ij.vel locovinĩ granatorũ ponat aqua plãtaginis/solatri/scabiose/vel semperuiue: lauetur os in die sepe. Ad idem. Recipe aque prunelle lib.j.ß.diamoronis/rob nucum ana.℥.j.mellis rosati.ʒ.ij.ß.misce.

Gargarisma p oris nocumento

Aliud.

Ca.xvij.in quo ostendit/ ꝓpter quã causaz dolores in hoĩbus patientes mẽtagrã lõgo tempore durãt/ ⁊ difficulter absoluũtur.



In morbo prefato mẽtagre qñqꝫ ꝑ longũ tẽporis spaciũ dolores mẽbroꝝ nõ absoluunt: imo magis ac magis cruciãt/ ⁊ infestãt ipsos patientes: ⁊ multotiens in eis sequũtur humores in mẽbris dolorosis ad extra aparẽtes/ cuz aliquali duricie ⁊ pauco sensu doloris ad tactuz. Qui tumores sunt de materia cõiuncta melãcholica/ existẽte ĩ porositatibꝰ membroꝝ neruosoꝝ. Et ad hãc materiã extrahẽdã ad extra/ vel ipsaz resoluẽdã sensibiliter vel insensibiliter multa diuersaꝝ medicinarũ remedia superius scripta fuerunt/ q̃ qñqꝫ nõ sufficiũt ad perfectã curã dictoꝝ accidẽtiũ: ꝓpter id/ ꝙ talis materia est facta magis terrea

Caute rij vtilitas.

Auice.

Cauterij dria a medicina caustica.

Cauterij resoluit hūiditates dupl'r.

⁊ magis ac magis adherens in dictis porositatibus mēbroꝝ neruosoꝝ: ideoq̄ difficulter curatio sequit. Videt ergo mihi aliud ingeniū curationis nō inutile/q̄d valde ip̄az materiā cōiunctā extrahit sensibiliter ab ipsis porositatibus mēbroꝝ. Sed q̄ multotiens inulceribus ⁊ apostematib⁹ malis/⁊ pustulis nō sufficiūt predicta curatiua/nec regimen ⁊ potio ꝑ medicinā: necessariū est medico vti cauterizatione. Quia cauterizatio est medicamē valde vtile/iuuās ad prohibēdū/ne corruptio spargatur: ⁊ ad ꝯfortādū membrū cuius cōplexionem volum⁹ rectificare: ⁊ ad resoluēdū materias corruptas in mēbro retētas: ⁊ ad restringendū sanguinis fluxū. vt Auicēna quarta p̄mi ca. xxix. dixit. ꝑ intelligentia tñ dicendorū est notādū: q̄ cauteriū resoluit materias corruptas. Et medicine quoq̄ caustice resoluūt: lȝ differenter: q̄ cauteriū resoluit eas subito: medicine vero caustice paulatine faciunt illō. Ideo qñq̄ est necessaria subita resolutio ⁊ cōsumptio alicuius humiditatis male retēte in mēbro: ex cuius retentiōe hesitat de membri corruptione. vbi cauterio vti debemus resolutiuo. Cauterium aūt resoluit tales humiditates retentas in mēbro dupl'r. vno mō occulte: alio mō manifeste. Occulte quidē/cōuertēdo humiditatē in formā vaporosam/quā ex mēbro virtute caliditatis ignee eleuat/⁊ exhalat

⁊ manifeste

ꝛ manifeste resoluit: sicut si sanies fluat/ꝛ eua
cuetur per aliquod orificiũ: cuius euacuatio-
nis manifesta cã fuit cauteriũ. Posset aũt cũ
dubitare: ex quo ista cauterizatio fieri dꝫ cũ
igne/vel cũ medicina caustica: que fit melior ꝛ
securior: an illa q̃ fit cũ igne: an illa que fit cum
medicina. Ad hãc dubitationẽ dicendũ est: qđ
regulariter melior est vt in pluribꝰ cauteriza-
tio facta cũ igne/q̃ cũ medicinis. Et rõ est: nã
cauteriũ cũ igne facit iuuamẽtuꝫ in mẽbro in
firmo/absqꝫ hoc ꝙ noceat ei et mẽbris aliis q̃
sunt sana. Cauteriũ aũt cũ medicia multotiẽs
efficit magnũ nocumentũ ipsi mẽbro ĩfirmo ꝛ
aliis mẽbris sanis. nã aliqñ in eis facit accide
re egritudinẽ difficilis curatiõis. Et cã huius
tota dependet ex subtilitate et simplicitate et
acuitate substãtie ignis. Cuiꝰ cõtrariuꝫ efficit
medicina caustica ex grossicie ꝛ terrestreitate
ꝛ cõmixtione substãtie medicĩe caustice. nã ta
lis medicina ad actũ sue operatiõis paulatim
deducit: ꝛ dolorẽ prestat tẽpore longo: q2 figit
ppter grossiciẽ eiꝰ: et in mẽbro ebullitionem
inducit in humoribꝰ: ꝛ ppter dolorẽ perseue-
rãtem facit hũores currerẽ v̾sus loca propin-
qua: ꝛ ebulliũt ꝛ putridi fiunt. ꝛ si trãsmutant
ad cor/causant febrẽ. Ad ampliorẽ declaratio
nẽ supradictoꝝ nota: ꝙ cauteria actualia sunt
securiora q̃ potẽtialia. vt Albucasis inquit. ex
eo: q2 actualis ignis est simplicior/ꝛ minus le

Cauterium igneũ melius medicinali

Cauteriũ actuale securius potentiali albucasis

dit partes vicinas ꝛ mẽbra pricipalia/ q̄ actio ruptoꝛiȷ/ que mẽbris est multũ suspecta. Nisi esset in casu in quo patiẽs ꝓpter eius pusilla nimitatẽ nõ esset ausus suscipere ignẽ. aut in casu in quo vellem⁹ facere cauteria ad euacuã duz ꝛ diuertẽdũ: tũc em̃ ruptoꝛiũ ꝓpter doloꝛẽ ꝛ scarã grossaz quã dimittit debilitãdo locũ maioꝛẽ ꝓuocat fluxuz. Et ſm Albucasim/ cauteria actualia cõpetunt in oib⁹ dispositiõib⁹: ꝑcipue humoꝛib⁹: q̄ lz nõ cõtrariẽtur per se cõtrariãtur tñ accidẽtaliter ꝑ remotionẽ cause. Nã cauteriũ est necessariũ auxiliũ in cõfoꝛtãdo sanitatẽ/ ꝛ extirpãdo egritudinẽ. tenet em̃ locũ vniuersaliũ euacuationũ. vt flebotomie ꝛ purgationum in hoib⁹: ꝛ cuz hoc reliq̃s ꝑdictaꝝ euacuationuz coꝛrigit ꝛ emẽdat ꝑmaxime in egritudinib⁹ foꝛtibus ꝛ malignis. vt Rabbi moyses. vȷ. epidi. dixit. Et latere te nõ dz: q̃ vl'es euacuatiões cauterium actuale vł potẽtiale precedere debent. vt flebotomia/ vel pharmacia: ꝓut prudẽti videbit̃ medico. Preterea attẽtiõe dignum est ꝓ curatiõe ꝛ vera remotiõe doloꝛis accidẽtis in hoc moꝛbo mẽtagre aliquas vtilitates cauterioꝝ notare. Primã ponit Auicẽna ad ꝯfoꝛtationẽ mẽbroꝝ. calefacit em̃ cauteriũ actuale: ꝛ desiccat mẽbra/ q̃ vt plurimuz a frigido ꝛ hũido humectant̃. Propter hoc dicebat Hippocrates auctoritate Galeni q̃rto terapẽtice: Siccũ sano est ꝓ

Idem.
Cauterij necessitas
Rabbi
Cauteriorum vtilitates.
Auicẽ.
Hipp.

pinqui⁹. Alia vtilitas est ƒm Doctores/ad resoluendũ materias coartatas ĩ mẽbris. Et istã precepit Albucasis: qδ fiat in guttis/ꝛ in cefaleis/ꝛ in fortibus doloribꝰ. Alia vtilitas/quã appropriat Arnoldus ad euacuandũ ꝛ diuertendũ fluxus inueteratos oculoꝝ/ꝛ totius corporis. Et isto mõ fiũt setones ꝛ cauteria retro collũ/ꝛ in fontinellis lacertoꝝ/vbi lacertꝰ a lacerto distiguit: aut sub eis ad duos vel tres digitos iuncturaꝝ. vt scripsit Guido. Cõcludo ergo: qδ iste vtilitates sunt necessarie ad curationẽ morbi mẽtagre/ꝛ in accidentibꝰ dolorosis. Nã ꝑpter cauteriũ/ꝑcipue actuale cõfortat membrũ/ꝛ resoluunt hũiditates coartate in mẽbris sensibiliter vel ĩsensibiliter: ꝛ diuertunt ꝛ euacuãtur fluxus inueterati in mẽbris. Uerũtñ cũ cauterijs dictis in extremitatibus mẽbroꝝ doloroſoꝝ admĩstratis vt decet/ fit mitigatio doloris eiusq́ curatio. Et hoc sepe experientia demõstratuꝫ fuit. nã in q̃bꝰ pustule magne expulse fuerũt a natura in extremitatibꝰ mẽbroꝝ doloroſoꝝ existẽtes aperte/ dãtes virulentiã multã: fuerũt in cã curatiõis istoꝝ dolorũ. Si vero claudat effusio illius virulentie/redit dolor. Quare opꝫ ipsas pustulas si in extremitatibꝰ mẽbroꝝ fuerit/ diu aptas tenere: vt fluãt ꝑ multũ tẽpus/ vsq́ quo tota materia ꝯiũcta euanescat. Sicut a me visuꝫ fuit in pluribus hoibus Rome/ꝛ Bononie/

Albucasis.

arnoldus.

Guido Cõclu.

Cantela bõa.

Applicatio cauteriorum.

⁊ etiã in Germania/patiẽtibus hũc morbum cũ dolorib⁹. Propterea si natura hoc nõ fecerit/medic⁹ iuuare naturã dz. Nã si dolor est ĩ summitate capitis/⁊ in ptibus anteriorib⁹: vt frõte ⁊ oculis: ĩ posteriorib⁹ partibus capitis administrent cauteria actualia/vl' potẽtialia retro collũ in fossa: ad diuertẽdum illas materias coartatas superiorum partiũ capitis. Innuunt tñ glossatores qui viderũt quẽdã medicũ maxime approbatuz: qd cauteria ibi facta/ ⁊ lõgo tpe dimissa/aperta curare maniacos ⁊ vertiginosos. vt dicit Guido. Et ↄfirmat hoc per Galenũ. xiij. terapẽtice dicentẽ: qd ventosa sup occipitiũ facta nobile est auxiliũ reumatis oculorũ. quãto magis cauteriũ. Cõcluditur igit: ꝙ ĩ dolorib⁹ mẽtagre ⁊ partiũ capitis cõueniẽs auxiliũ cauteriũ dicit. Qd si dolor fuerit ĩ mẽbris faciei ⁊ partiũ colli: ⁊ ĩ mẽbris thoracis sub furcula/vel sub asellis fiat cauteriũ vel ĩ brachijs p tres digitos de iunctura vbi lacert⁹ a lacerto distiguit. Si ãt dolor fuerit pseuerãs ĩ iguinib⁹ ⁊ coxis ⁊ genub⁹ ⁊ tibijs: fiãt cauteria ĩ fontiellis sub genu ad tres digitos vbi lacert⁹ a lacerto distiguit. Sz meli⁹ ẽ facere ĩ fontinellis ĩferiorib⁹ partiũ tibiarũ vbi lacert⁹ a lacerto distiguit. Si vo dolores ĩ oib⁹ partib⁹ superiorũ mẽbrorũ ⁊ inferiorũ corpis p diuturnũ tpis spaciũ morbi apparuerit: tunc cauteria fieri poterũt ĩ fossa colli/⁊ fontiellis

Guido
Gale.

brachiorũ/etiãq; in genu/vel fontinellis tibiarũ. Uerũtñ q̃/τ cuȝ q̇b⁹ securius fiãt cauteria τ de mõ applicãdi/atq; alia necessaria relinq̇mus iudicio estimatiuo medici prudentis.

Tratatus de curandis vlceribus/ Uendelini hock de Brackenau/artium et medicine Doctoris studij Bononiensis approbatissimi.

Cap. j. Quid vlcus: τ de duplici causa solutiõis cõtinuitatis: intrinseca scilȝ τ extrinseca. Ulcus vnde: τ quid.

Ulcus dicitur ab oleo: q: olet. Et est solutio cõtinuitatis/accidẽs carni cũ putredie Uel vlcus est plaga putrida. Cause solutiõis cõtinuitatis aut sunt extrinsece: aut intrinsece. Cause extinsece sunt/sicut corp⁹ extẽdẽs mẽbrũ donec separet ei⁹ ꝯtinuitas: vt funis/vl' sile. aut res põderosa cũ eleuat/aut mouet/vl' defert. aut res ĩciaẽs: sicut gladi⁹ aut ꝯtũdẽs: sicut lapis. aut q̇ pungit: sicut ac⁹/vl' spia. aut q̇ mordicat: vt canis. aut q̇ pforat: vt sagitta. aut q̇ vrit: sicut ignis/vl' medicia caustica. Et ad has cãs põt reduci v̄mis sub cute gñat⁹: vel ĩ vlcerib⁹: aut lũbric⁹ in stõ vel intestinis existẽs. Cãe ꝯuenientes ab ĩtrinseco sunt/sicut humor comedẽs τ adurẽs: aut humor pungẽs. q: soluit cõtinuitateȝ membri

Cãe solutiõis ꝯtinuitatis duplices.

Extrinsece.

Intrinsece.

sua acuitate ꝛ penetratiōe. Aut est humoꝛ hu-
mectans ꝛ laxans partes membꝛi: quare est cā
per accidēs. quia vna pars laxa separatur ab
alia: vel quia sua hūiditate est causa putrefa-
ctiōis mēbꝛi. Aut est hūoꝛ siccus/scindēs sua
siccitate crepaturas ꝛ fixuras ingrediēdo mē
bꝛū. Aut hūoꝛ frigid⁹/cōstringēs ꝛ trahēs sua
frigiditate ptes: ī qua ꝯtractiōe separant alie
ab alijs. Aut hūoꝛ calid⁹/calefaciēs ꝛ dilatādo
soluēs. Aut cā ei⁹ est hūoꝛ mult⁹/sua multitu
dine extēdēs/ꝛ extēdēdo separās ꝛ soluēs: aut
est hūoꝛ q̄ nō extēdēdo/sʒ ꝯstringēdo mouet:
ꝛ ꝯstrict⁹ grauat ptes mēbꝛi petētes locū infi-
mū: ꝛ ita separāt ꝛ soluunt. Aut est humoꝛ pe-
netrās ī ptes mēbꝛi forti motu: et fortitudine
mot⁹ fit penetratio partiū: q̄rundā sese abiui-
cē separātiū. Aut est vētositas extendens. Aut
est aliqđ coꝛrosiuū. vt sanies in exitura. ꝛ sicut
vꝛina acuta: aut lachꝛyma moꝛdicatiua: aut ca
tarr⁹ coꝛrosiu⁹. Cāe v͛o adiuuātes ad faciēdā
solutā cōtinuitatē sunt/mot⁹ foꝛtes virtutis
expulsiue ī expellēdo nocitiuū violēto īpetu.

¶ Cap. ij. Que cōsideranda sint pꝛincipaliter medico circa moꝛbos.

Medico cōsideranda.



Edic⁹ volēs curare vnūquēq; moꝛ
bum dʒ cōsiderare. Pꝛimo res pꝛe
ternaturales. Secūdo res natura
les. Tertio res nō naturales. Et lʒ
res p̄ter naturā fit triplex: moꝛb⁹/

causa/⁊ accidens: que indicãt auferri: tñ principalis intentio morbi sumit a morbo: scilз ab eius essentia. testat hoc Galenꝰ tertio tegni. Galen.
Quare in vlceribus intentio curatiua erit sumenda a supradictis tribus rebꝰ gñalibꝰ ꝑnꝛcipaliter: ⁊ gñaliter a re preter naturã: primo a morbo/secũdo a cã/tertio ab accidente. Secundario vo a rebꝰ naturalibꝰ: ⁊ principaliter a natura ⁊ virtute corpis/seu mẽbri. Tertio a rebus nõ naturalibꝰ: ⁊ principaliter ab aere.

¶ Cap. iij. Quattuordecim ꝯditiões ponit in curandis vlceribus attendendas.

Et vtrũ vlcꝰ sit facilis vel difficilis curatiõis/nota quatuordecim cõditiones. Prima est figura vlceris. i
nã vlcus rotũdũ difficulter curat: lõgũ vero faciliter. Secũda est simplicitas vel cõpositio. nã simplex vlcꝰ faciliter curat: cõpositũ vo difficulter. Tertia est vlcꝰ ij
cũ deperditiõe partis membri organici: ⁊ tale iij
difficulter curat. Quarta est vlcꝰ cũ duricie: ⁊ iiij
tale difficult curat cũ nõ totali mollicie/facili
ter. Quita est deꝑditio substãtie/vl'eiꝰ nõ ꝑdi v
tio. nã vlcꝰ cũ deperditiõe substãtie cũ difficultate curat. Sexta qñ vlcus est i mẽbro exãgui/
seu carente sanguine. tale enĩ difficulter curat vi
cõtrariũ accidit si mẽbrũ nõ sit exãgue. Septi
ma est nobilitas mẽbri/aut eiꝰ ignobilitas. nã vij
si vlcꝰ est i aliquo mẽbro nobili/eiꝰ curatio est

difficilis/aut impossibilis.sec⁹ aūt accidit in
viij mēbro ignobili. Octaua est: si vlc⁹ fuerit ī mē-
bro subtili. vt in pāniculis/vesica. tale difficul
ter curat. Si vero fuerit ī mēbro grosso/facili
ix ter: si in mediocri/mediocriter. Nona est mo-
tus mēbri ꝛ ipsi⁹ quies. nā motus mēbri vlce-
rati impossibilitatē ꝛ difficultatē facit. vt pa-
tet ī pulmōe/ꝛ arterijs/ꝛ diafragmate. quies
x vero facilitatē facit cure. Decima est incessus
supfluitatū sup mēbrū vlceratū. nā eax incess⁹
xi difficultatē operat. vt ptꝫ in meri/stomacho/
intestinis/vesica/matrice ꝛ virga. Undecima
qñ corp⁹ est repletū multis superfluitatibus.
vt sunt corpora cacochima. in talib⁹ eñ vlcera
sunt difficilis curatiōis. Cōtrariū accidit cor-
poꝛib⁹ mūdis. Duodecima est/qñ nō pñt debi
xij te vlcerib⁹ medicine approximari. Decimater
xiij tia est situs mēbri ī alta vl' infima parte corpo
ris. nā vlcera in mēbris superioribus faciliter
curātur: q̄ vo sunt in inferiorib⁹/difficulter.
xiiij Decimaquarta ē pfunditas. nā vlc⁹ pfundū
cū difficultate curat: nō pfundū vo faciliter.

Cap. iiij. De triplici regimine curandoruꝫ vlcerum.



Regi- mē vni uersa- le.

In cura vlcerū vtimur triplici regi
mine: scilꝫ vniuersali/particulari/
ꝛ qd est cōe vtriq;. Regimē vniuer
sale cōplect cū quatuor intentioni-
bus. Prima est euacuatio. Secun

da diuersio. Tertia regimen mēbri mittentis. Quarta fluxus interceptio. Prima itentio cō plet cū euacuatiōe ſm q̄ opꝫ. Nā ſi eſt repletio in toto/fiat euacuatio a toto aut p phlebotomiā/ſi op⁹ fuerit aut cū ſolutiuo approprīato. ⁊ ſi op⁹ fuerit itereſ minorādo/ digerēdo: eradicatiue euacuādo. Et qñ diuertimus maxima eſt habenda ſollicitudo loci/⁊ ſatietatis. Preterea ſi materia eſt in fluxu: diuertim⁹ ad partē ɔtrariā primo. ſecūdo ad ptē colligatā. tertio cū rectitudine aſpectus. quarto cū debita elōgatiōe. Materia vero nō fluxa/nec exiſtente repletiōe/pōt fieri diuerſio per mēbrū ꝓpinquū ⁊ aſſociatuꝫ. In diuertēdo quoqꝫ nō trahat materia/preſertiꝫ mala ad mēbrū principale/ita vt in eo figat vel remaneat. Tertia intentio eſt rectificatio mēbri mādātis. Et qꝛ plura ſunt mēbra que poſſint materias mādare ad membra vlcerata: idcirco cū maxima ſollertia inquirere debes mēbruꝫ mādās. ⁊ quia vt plurimū eſt epar: ⁊ maxime qñ eſt diſtēperatū: quare ei⁹ diſcraſia corrigēda erit. Similiter pōt eſſe ſtomach⁹ per viā indigeſtionis ⁊ cōgregatiōis materieꝝ flegmaticarū: ⁊ ſi cōtigerit in eo reperire diſcraſiā calidā per ſe/vel per colligātiā: ita vt multiplicēt materie cholerice nō naturales. ſicut ɔtingit cū in eo gñatur cholera paſſiua. tūc nō eſt dubitādū quin talis materia poſſit trāſmitti ad mēbra vlcera

Euacuatio

Diuerſio.

Membri rectificatio.

ta. Nõ min⁹ ꝛ cerebrũ has materias põt mã‑
dare per venas/chordas ꝛ arterias. quare re‑
ctificent ꝛ cõfortent supradicta mẽbra cũ suis
medicinis appropriatis. In cura pticulari vl‑
cerum quatuor intentiões esse debẽt in mẽte
chirurgici. Prima est vlceruȝ digestio. Scõa
est vlcerum mundificatio. Tertia est replere
carne vlcera. Quarta est consolidare.

Cura pticu‑laris.

¶ Cap. v. De cura vlceris virulenti: ꝛ quadru
plici circa eam intentione.



N cura istoꝝ vlcerũ debes habere
quatuor intẽtiões. Prima est cor‑
pus purgare. Scõa est vitam ordi
nare. Tertia est virulẽtiã exiccare.
Quarta est carnẽ generare. tãdẽ lȝ
cõsolidare. Intentio quarta cõplet cũ generã
tibus carnẽ. ꝛ in tali casu valet litargiriũ/gu‑
mi arabicũ/dragagãtũ amiduȝ: ista tria valẽt
in vnguẽtis acutis refrãgendo qualitates gu
moꝝ calidoꝝ: ꝛ mitigãt dolorẽ vlceꝝ ꝛ exiccãt.
Valet ꝛ myrrha/aloe/tutia/mastix/thus. Et
in oĩb⁹ specieb⁹ vlceꝝ in hoc morbo euenien‑
tibus est cõplicata mala qualitas/que est cau
sa vt talia vlcera sint difficilis incarnatiõis ꝛ
ↄsolidatiõis. Nã lȝ medicine iste vim optimã
ꝛ expertã habeãt incarnãdi: nisi illa mala cõ‑
plexio remoueat/cũ difficultate optatũ fineȝ
adipisci poteris q̃re ipam remoue: ꝛ si op⁹ est
remoueatur caro intra vlcus existẽs/que hac

Intentio q̃rta.

mala q̄litate est infecta. Puluis īcarnatiuus. R. thuris. ʒ. ij. sanguinis dracōis. ℥. ß. calcis viue. ℥. iij. ß. misce. fiat puluis. Alius puluis quā do pauca caro est generāda. R. sanguinis draconis/aloes/olibani/sarcocolle ana ℥. ß. misce fiat puluis. Vel aliter. R. balaustiaꝝ/sanguīs dracōis ana. ʒ. ij. sarcocolle. ʒ. iiij. olibani. ʒ. j. misce. fiat puluis subtilis. Si aūt velles incarnare ⁊ mūdificare. R. resine/cere ana. ʒ. ij. terebētine. ʒ. iij. thuris/masticis ana. ʒ. j. mirrhe/sarcocolle/mumie añ. ʒ. iij. ß. olei masticini/mellis rosati colati ana. ℥. ß. farie hordei. ʒ. ij. misce fiat vnguentū vt decet. Si vero vlc⁹ esset multarū humiditatū. R. mellis lib. j. coque ipsuꝫ donec inspisset. Deīde proijce sup ipsuꝫ myrrham/sarcocollā ⁊ aloes/oībus subtiliter pulnerizatis. misce fiat vnguētū exiccat mirabiliter: ⁊ incarnabit. Si v̄o vlcus fuerit difficilis cōsolidatiōis/⁊ vis ī eo carnē generare. R. litargirij/scorie ferri/cētauree minoris/aloes/thuris/masticis ana. ʒ. ij. misce. fiat puluis. Vnguentuꝫ aliud preciosuꝫ mūdificās vlcera a virulentia ⁊ sanie/carnē generās ⁊ cōsolidans. R. olibani/masticꝫ ana. ℥. j. myrrhe/resine añ. ʒ. vj. terebētine. ℥. iij. cere. ℥. vij. olei rosati/camomillini ana ʒ. x. vini rubei optimi/aceti ana. ʒ. vj. infundanť gumi supradicta in vino ⁊ aceto calido p diē ⁊ noctē. Postea dissoluanť in caciola: ⁊ addať cera ⁊ oleū: ⁊ coquanť vsq; ad cō

puluis in carnatiu⁹ Alius.

aliter:

vnguētū ī carnatiuū ⁊ mūdificatiuum.

Ad vlc⁹ multarum hūiditatum.

ad vlc⁹ difficil' cōsolidationis.

vnguētū preciosuꝫ.

sumptionem duarꝫ partiũ vini. Deinde extra hant: et cũ oleo et mastice malaxẽtur/ et fiãt magdaliões. et intituletur: Unguentũ precio suz.

ad vlcera cãcrenosa.

Si vero vlcera talia prouenirent ab hũoribꝰ acutis/ corrosiuis et corruptiuis: et ꝙ essent cãcrenosa/ seu herisipyllata: i tali casu vtere hoc vnguento mirabili intitulato. ℞. litargirij de spumati. ℥. iij. thuris/ myrrhe/ ana. ʒ. iiij. plũbi vsti. ℥. j. vnguenti de cerusa lib. ij. et in mortario plũbeo per ho. ã agitentur: et viui reseruetur.

Cõtra pustulas vlcerosas fistulas/ et cancrum.

Aliud vnguentuz ꝓ pustulis vlcerosis/ fistulis/ et cãcro. ℞. nitri/ fuliginis/ litargirij/ tartari/ auripigmẽti/ piperis/ olibani/ vitellorũ ouorꝫ ana ℥. ij. radicis enule/ lapacij acuti i forti lixiuio cocti añ. ʒ. j. ʃ. succi fumiterre/ succi lapacij acuti et absinthij/ celidonie/ enule/ fabe grece/ abrotani: de oibꝰ his succis ana. ℥. j. ʃ. ellebori albi/ sapõis saraceni/ sulphurꝫ añ. ℈. j. ʃ. oẽs succi bulliãtur: depurẽtur et colent. Et postea radices lapacij/ enule trite ponant. deinde sapo. postea puluis specierũ. et tandez adde olei cõis/ assungie porci et cere/ argẽti viui cũ assungia extincti ana. ℥. ʃ. fiat vnguentũ. Si vero vlcꝰ esset cum mala cõplexiõe calida/ et carne addita: vtere triphãrmaco. cui addes cerusaz et cãforã. Si vero intẽtio tua fuerit cõsolidãdi ac sigillandi/ vtere hoc vnguento. ℞.

Ad cõsolidã dum.

sarcocolle/ aloes/ sãguinis draconis/ thuris ana. ʒ. ʃ. scorie ferri preparate. ℈. j. viridis eris

grana sex. dissoluant in aceto nõ multũ acuto.

¶ Cap. vj. docet curam vlcerum sordidorum.



Vlcus sordidum est plaga cũ sordicie/ seu putredie. Cause istoꝝ vlcerũ sunt hũores/ siue humiditates sanguinis pui grossi/ ebullientis. ex qua ebullitiõe adepti sunt venenositatẽ: ꝛ deide generantur vlcera mala/ difficilis curatiõis. Cura ꝯpletur obseruatis cõditionib⁹ his. Prima est corpus purgare. Secunda est vitã ordinare. Tertia est sordiciez remouere. Quarta est incarnare. Quinta est locũ ꝯsolidare. Abstersiuũ bonũ ꝯficitur ex melle: ꝛ fortius operat si addatur parũ fellis/ aut vrine pueri. Succus hedere/ vel aristologie remouet carnẽ corruptã ꝛ generat nouã. Abstersiuũ facile/ absq mordicatione mundificãs et sedat dolorẽ. ℞. farine hordei/ vel spelte/ ꝛ misce cũ vitellis ouoꝝ ꝛ pauco melle rosato colato. ꝛ aliq nõ ponunt mel: ꝛ sedat magis dolorẽ/ sed minus abstergit. Aliud. ℞. farine hordei. ʒ. iij. decoquatur cũ duab⁹ partib⁹ aque/ ꝛ vna olei rosati donec fiat ad modũ emplastri. Et si vlcus est in mẽbro carnoso/ addat paruz terbentine nõ lote. Et si fuerit i neruo/ tũc addatur terbẽtina lota. deponat statim ab igne. ꝛ bene incorporetur. Aliud. ℞. mellis cocti lib. j. thuris. ʒ. ß. myrrhe. ʒ. ij. bene misceant. Aliud q digerit ꝛ mũdificat vlcera maligna, ℞. succi

Vlcus sordidum.

Conditiones cure.

Abstersiuum bonuz. carnis reparatio.

Abstersiuum facile.

Aliud.

Aliud.

Aliud.

apij lib.j.mellis.ʒ ix.farine hordei.ʒ.iij.coquã tur ad spissitudinez. Et si vlcus calefieret/ad datur de succo plantaginis. Et succ⁹ absinthij pmixtus in dicto emplastro nõ sinit vlc⁹ insi stulari. Et qñq3 addit farina lupinorum/ vel oro bi: ad maiorẽ mũdificationẽ. Et qñq3 additur myrrha/ad tollendũ fetorẽ in vlcere. Unguen tũ de gumis/mũdificãs saniez grossaz. ℞. gal bani armoniaci/resine/terbẽtine/picis naua lis/sepi vaccini/olei antiqui: et cere ana ptes equales. ꝛ dissoluãtur gumi i aceto. deide oia liquefiãt ad ignẽ. cõficiatur vnguentuz. Ualet ꝛ vnguentũ apostolorum. Ualet ꝛ vnguẽtũ egy ptiacum: ꝛ est fortius supradicto. corrodit eñi carnẽ superfluã malã. Aliud vnguentũ recti ficãs maligna vlcera difficilis cõsolidatiõis. ℞. olei lib.ij. aceti lib.j.ʒ. litargirij lib.j. viridis eris.ʒ.j. coquat litargiriũ cũ oleo ꝛ aceto do nec ingrossct: ꝛ tũc ponat viride eris/ꝛ decoq̃ tur quousq3 aliqualẽ rubedinẽ acquirat. Ua let etiã in vlcerib⁹ difficilis cõsolidatiõis cru rum puluis seminis mirtilli: vel semen ipse de coctũ cũ vino pistatuz/desuper positũ. Ualet ꝛ hoc vnguẽtũ. ℞. vnguenti populeonis.ʒ.j. ʒ. mumie.ʒ.ʒ. misce. Si vlcera sint mũda/ꝛ pre sertim in tibijs applicetur hoc vnguentuz. ℞. ipoquistidos/sandarace/sarcocolle lote ana. ʒ.j. tucie pparate cũ aqua rosata/terre sigilla te ana.ʒ.j. olei onfãcini.ʒ.ij. olei de myrto/olei

Aliud digestiuum ꝛ mundificatiuum.

vnguẽtũ mũdificãs saniem grossam.

vnguẽtũ rectificans vlcera.

vnguẽtum. Ad vlcera mũda.

de mastice ana.ʒ.j.cere albe.ʒ.vij.misce.fiat vnguentū.Sȝ ante applicationeȝ hui⁹ vnguenti ponat͛ pars de infrascripto puluere i dictis vlcerib⁹.cuius.℞.tale est.℞.sanguinis draconis/ boliarmeni ana.℈.j.seminis plātaginis/ granoruȝ myrti/pulueris ipoq̄stidos ana.℈.j.ſ.pulueris ossiū crurū bouȝ cōbustorū.ʒ.j.spodij.ʒ.j.ſ.puluerizētur oīa per se/⁊ diligēter cōmisceant͛.Si vero tibi videt͛ tēpus cōsolidādi seu sigillādi/vtere hoc infrascripto vnguēto. ℞.gumi arabici/dragagāti dissolutoruȝ cum aceto ana.ʒ.j.sandarace/ipoquistidos/thuris masticis ana.ʒ.j.tutie p̄parate.ʒ.j.ſ.olei de mastice.ʒ iij.cere quātū sufficit.misce ⁊ fiat vnguētuȝ.Si vero dicta vlcera iā fuerint incarnata ⁊ nulla fuerit cōcauitas:in tali casu vtere puluere infrascripto.℞.tutie preparate cū aqua rosata ʒ.ij.plūbi vsti.ʒ.j.puluerizentur p se:et misceant͛.ex hoc puluere videbis effectū expertum.In pustulis crustosis⁊ excoriatiōib⁹ vtere hoc vnguento:cū quo mēbra infecta inūgātur.℞.olei de vitellis ouorū.ʒ.ſ.ceruse lote.ʒ.j.plūbi vsti.ʒ.j.amili de hordeo.ʒ.iiij.misce.cōfricent͛ oīa per duas horas cōtinuas in mortario plūbeo cū pistello.Si vero in dictis vlceribus superficialibus/⁊ presertim peduȝ essent alique materie indurate:in tali casu vtere hoc vnguēto.℞.calcis vive.ʒ.ij.ſ.viridis eris.ʒ.j.ſ.pinguedinis porci quātū sufficit.fiat vnguē

pulvis ad idē.

vnguētuȝ cōsolidatiuum.

puluis

vnguētum ad pustulas crustosas.

vnguētū ad duritas reliquas pustularum.

tum. Aliud vnguentum satis preciosum/ & sepe exptum i vlcerib9 fraudulētis/ corrosiuis/ ambulātibus & antiquis/ cācrenosis: nō soluz crurū/ verum & aliorū mēbrorum: & remouet inflāmatiōes mēbrorum. Rx. ceruse lote/ aceti asi. ʒ. ʃ. plūbi vsti. ʒ. ij. litargirij. ʒ. j. myrrhe. ʒ.. mellis rosati colati. ʒ. ʃ. olei rosati. ʒ. iij. vitellorum ouorum numero. iij. cere quātum sufficit. misce fiat vnguentum.

adulcera fraudulēta aliud.

¶ Ad illustrissimū Ducatus Uuirtēbergēsi. Principē Udalricum Conclusio authoris.



Quis est q ignoret illustrissime Princeps/ presumptionem maximā habuisse me qui hūc libellum ɔstruxi cōtra opinionē sapiētissimoruz necnon scientificorum Doctorum: Sed qd pſes & maiores ac sapiētiores me viri hūc libellū nō ausi sunt aggredi/ possez varias rōnes in mediū adducere: qb9 pbarem qꝫ facere debuerāt. Uerum qꝫ id null9 hacten9 fecit/ in cā fuit: aut qꝛ maioribus dediti curis/ aut amplioribus impediti negotijs opus hoc aggredi minime potuerūt. Addo etiā: qꝛ a diuersitatibus cōiunctionū planetarum & eclipsiū solis & lune/ ab eorūqꝫ influentia iste morb9 producitur. vt in ca. de causis demōstraui. qua de re a predecessoribus nr̄is modernioribus quidditas hui9 egritudinis occulte scripta nō fuit. cuius tn̄ quidditatē per Pliniū/ Martialē/

& alios

ꝛ alios medicine/phīc ꝛ astronomic auctores ostendi. Dicta autē mea nō mihi/sꝫ auctorib⁹ ipsis ascribātur: ex qb⁹ labore ꝛ sudore longis flosculos varios sciaꝝ collegi. Verū testis sū antiquoꝝ medicine Doctorū: qm̄ quecūqꝫ ab illis scripta ꝛ inuēta ex admiratiōe phīe/sunt optima ꝛ approbata. Qđ si ipsi hoc opus aggressi fuissent/fateor qdē lōge ornatius ꝛ pfecti⁹/atqꝫ cōpendiosi⁹ explicuissent. Quocirca illustrissime Priceps/desideraui morē gerere ac ꝯplacere vniuerse cōitati xpiane ab optima sanitate lapse/sanitatis ingeniū et corpis valitudinē bonā reducere studēs: ꝓut supius abūde demōstratū fuit. Verū fateor itē: ꝙ quecūqꝫ scripta sunt in hoc libello/a sapiētiorib⁹ medicinaꝝ ꝛ antiqorib⁹ sunt ptractata: vt que in codicib⁹ coꝝ repi nō mō in snīa/verū etiaꝫ in ꝓpria nōnūq̄ vboꝝ forma. Cū itaqꝫ laudeꝫ ex ope meo expectē/ꝛ magis vtilitatē ac miseroꝝ sanitatē desiderē: vereor ne impitoꝝ iudicio obtrectationis subitur⁹ sim crimē. Qui tn̄ nil aliud itēdi: ꝙ ꝯuertere me ex toto corde ad altissimū/oipotētē/ac sempiternū motorē pmū: quē deū maximū dicimus/bonūqꝫ noiamus. vt galen⁹ auctoritate platōis explicuit. ꝛ Priceps i septia tertij ca.j. scripsit. Creator ꝛ sublimis ꝛ excell⁹: i cui⁹ manib⁹ oia existunt. ꝛ in ꝓemio pmi canōis his vbis inqt. In pmis Deo gr̄as agam⁹: sicut sui ordinis celsitudo ꝛ

bñficiȷ ipsi⁹ multitudo merck:cui⁹ mie super oēs ꝓphetas existūt. ꝛ sol⁹ ipe sua mia largik sanitatē corporuꝫ ꝛ vitā aiaꝝ. vt Auerrois in ꝓlogo cāticoꝝ dixit. Et ipe ꝑ sua clemētia cō cedat ꝛ ꝯfirmet nobis sanitatis ꝛ vite grām: et cōtinue seruos suos ꝓtegat admirabilis dñs de⁹ nr̄. Deniqꝫ toto corde ꝛ flagrāti aio oro/et exoratū hr̄e veliꝫ ꝑmū illū motorē: vt ꝑ sua infi nita pietate/tibi illustrissimo Udalrico Uuir tēbergeñ. Duci corpis ꝛ aīe salutez largiri di gnek. ꝛ vt iste morb⁹ ꝯtagiosus nullū nocumē tū illustrissime dñatiōi tue iprimere aut face re possit. Supne maiestati sue flagitādo sup plicās vt vniuerso pplo xp̄iano ꝯfirmatiōe fi dei catholice corroborata sit sal⁹. Pricipibus xp̄ianis pax salubris. Impatori nr̄o Maximi liano sal⁹ ꝛ gl̄ia/ac inimicoꝝ suoꝝ victoria: lar gitore Deo summo trino ꝛ vno. Quicūqꝫ aūt tractatū hūc legerit/ad calcē hoc vno sint ad moniti: vt sicubi ꝯtrarietatē dictoꝝ offendēt: sciāt qm̄ cū Doctores antiq ꝛ moderni ī re ali qua nō ꝯcordāt/graue esse rōnes eoꝝ ꝯcorda re/ac difficile veꝝ ītenire. Uñ vt oīa sit cōpre hēdā/veniā a legētib⁹ hūillime peto: hr̄eqꝫ me ꝑ sua benignitate ī cūctis excusatū. Sic ergo ad finē peruenīētes/ Tractatū hūc claudim⁹ cū auxilio Dei/ac beatissime virginis marie adiutorio: quib⁹ sit honor laus ꝛ gl̄ia pro infi nita beneficiorum suorum multitudine.

Index cōtētorū in binis tractatibus: Mē tagre/ꝛ curādorū vlceruꝫ iuxta seriem alphabeti.

Finis Indicis.

Au[...]e hoc tractatu allegati.
Apollo. Auicenna. Albumasar. Arnoldus. Almansor. Auerrois. Auēnsoar. Albucasis. Cōciliator. Drusianus. Galenus. Gentilis. Gordonius. Gilspertus. Guido. Hesistratus. Hippocrates. Hali abbas Joānes alexādrinus. Jsaac. Mesue. Platearius. Rasis Rabbi moyses. Serapio.

De externis.

Aristoteles. Marcialis. Ouidius. Paulus. Plinius. Plato.

Tractatus Mentagre curādorūq; vlcerū: editi per Uuēdelinū hock de Brackenau/artiuz et medicine Doctorē finiut: Lugduni sumptu honesti viri Bartholomei Trot in edibus Antonij Blāchardi excusi Anno a virgis partu. M. D.xxxj. die.iiij. mensis Septembris.

Index

ad extra pdu

4/6

240

